


A  
37

508



-8-

n° 1521-2

2. a 8

- 20 -

3-2-212



10-2456.

J 11964030



Del Colegio de la Compañía de Jesus de Granada 1555

## CONCORDIA

Euangelistarum, seu sanctū IESV  
Christi Euangeliū secundum  
quatuor, Didaco de Villalo-  
bos concinnatore: cum  
eiusdē annotationib⁹,  
per paucis illis qui-  
dem, sed mini  
me vulga  
ribus.

R 15723

## ADDVNTVR ETIAM

indices, cum capitum totius  
operis, tum Euangeliorum  
totius anni, dominicarū  
feriarum, & festorū:  
quos sub libri fine  
reperies.

Non est abbreviata man⁹ Domini,  
dat ḥnib⁹ affluéter & nō im pperat.  
Cum Priuilegio Imperiali.

## PINCIÆ

Apud Sebastianum Martinez.

1555.

Está tassado en



# EL REY.



Or quanto vós Diego  
de Villalebos clérigo  
theologo, nos hizistes  
relacion, que vos agora  
nueuaniéte haueys cō  
puesto vn libro intitü  
lado, Cōcordia euange  
listarum, seu sanctum

Iesu christi Euangeliū secundum qua  
tuor: el qual era muy utile y prouechoso,  
assi para los predicadores, como para otras  
personas q̄ del dicho libro se quisieren a  
prouechar: suplicando nos vos mandase  
mos dar licencia y facultad para que le pu  
diesedes imprimir y vender, en estos nue  
stros reynos, por el tiēpo q̄ fuessemos ser  
vidos, o como la nuestra merced fuese.  
Lo qual visto por los de nuestro consejo,  
juntamente con el dicho libro, que de su  
yo se haze mencion, que por nuestro man  
dado fue visto y examinado, por algunos  
theologos del collegio de sanct Gregorio  
de la villa de Valladolid, fue acordado q̄

deuiamos mandar dar esta nuestra cedula  
en la dicha razon. Por la qual vos damos li-  
cencia y facultad, para que por tiempo de  
diez años primeros siguientes que se cué-  
tan desde el dia de la fecha desta nuestra  
cedula en adelante: vos o quiē vuestro po-  
der ouiere podays imprimir y vender,  
en estos nuestros reynos el dicho libro q̄  
de fuso se haze mention, siendo primera-  
mēte tassado el molde del, por los del nuc-  
stro consejo, & poniendose la dicha nue-  
stra cedula con la dicha tassa al principio  
del dicho libro, y no en otra manera: & má-  
damos q̄ durāte el dicho tiempo de los di-  
chos diez años, ninguna persona le pueda  
imprimir, ni vēder, sin tener el dicho vue-  
stro poder, so pena q̄ pierda la impresion  
que assi hiziere, y vendiere, y los moldes  
y aparejos con que lo hiziere: y mas incu-  
rra en pena de diez mill marauedis, repar-  
tidos en esta manera. La tercia parte, para  
la persona que lo acusare, y la otra tercia  
parte, para el juez que lo sentenciare, y la  
otra tercia pte, para nuestra camara. y por  
esta nuestra cedula mandamos a todos y  
qualesquier nuestras justicias ya cadavne.

dellos en su jurisdicion, que guarden cum  
plan y executen, y hagan guardar, cūplir  
y executar, todo lo en ella contenido, &  
contra el thenor y forma della no vayan  
ni paffen, ni consientan yr ni pasar, por al  
guna manera, so pena de la nuestra mer-  
ced, y de diez mill marauedis para la nue-  
stra camara, a cada vno que lo contrario hi-  
ziere. Fecha en Valladolid a veinte y sie-  
te dias del mes de Abril, de mill y quinié-  
tos y cinquenta y cinco años.

La Princesa.

Por mandado de su Magestad,  
su Alteza en su nombre.

Francisco de Ledesma.

**C**Esta es la aprobaciō que hizo el doctor Cuesta,cathedratico de prima ē Theologia de la vniuersidad de Alcala,sobre este libro: despues de le auer examinado , por mandado del muy Illustre señor don Antonio de fonsca presidente del consejo de su Mag.

**M**Vy Illustre señor,yo he visto este libro intitulado Cōcordia euangeli starū,seu sanctū Iesu xpi Euāgeliū secundum quatuor, ordenado y dispuesto por Diego de Villalobos,que comiēça , initiu Euangelij Iesu xpi filij Dei, y acaba con sant Iuā:neq; ipsum arbitror mūdū capere posse eos qui scribēdi sunt libros. Y ami juyz io,en el no ay cosa q̄ pueda offendere, antes todo el contentara y agradara a qual quiera q̄ con aduertencia lo quisiere leer, porq̄ va toda la hystoria de los euangeli stas,tābien dispuesta,y con tanta orden y artificio concertada,que todo paresce ser escripto de vn solo Euāgelistā. Y cierto ami pareſcer excede en esto mucho alos q̄ primero q̄ este auetor tomarō este tra bājo. Y assi digo q̄ si mi determinaciō eneste caſo vale algo,puede.v.ſeñoría dar licēcia q̄ ſe imprima.      El doctor Cuesta.

**E**sta es la aprobacion q hizo el collegio de sant Gregorio de Valladolid, sobre este libro, despues de le auer examinado por mandado del consejo de su Magestad.

**V**imos, y examinamos, en el collegio de sant Gregorio de Valladolid, el libro de Diego de Villalobos, llamado harmonia de los Euangelios, o concordia de los Euangelistas, q es vno de todos qua tro: y juntamente sus annotaciones sobre algunos lugares. Y nos parece q la obra es buena, catholica, vtil, y prouechosa, especialmente para los predicadores, y para todos los q desean saber el euangilio y vida de Iesu Christo, segun q los Euangelistas la escriuieron. Y aysi es razõ, que al auctor dela obra se le de fauor en todo para q salga a luz. Fecha en el collegio de sant Gregorio de Valladolid, a diez y ocho de Abril, de mill y quinientos y cincuenta y cinco años.

Fray Francisco de  
Riannos Rector,

Fray Ambrosio  
de Salazar,

## SAPPICVM.

**R**Es si ab obiecto melior vocatur,  
Nullus est isto melior libellus:  
Est, q̄ obiectum deus ipse postq; est  
Virgine natus.

**C**Quatuor fulget fidei colūnis:  
Splendet humana, micat & bobina,  
Et Leonina facie coruscat,  
Adq; haliçti.

**C**Commodi quanti fuerit libellus,  
Turba doctorū vides probare,  
Et probant fratres etiam beati  
Deniq; Pauli.

AD SERENISSIMOS HIS  
paniarū Principes, Anglię, & Fran-  
ciae Reges. &c. Philippum, & Ma-  
rią, Didaci d'Villalobos in Euā  
gelium, secūdū quatuor,  
Epistola nūcupatoria.



EM CVNCTI S  
præciosiorem, vobis  
omniū maximis di-  
co, vt pariter iungat  
epistola, quos mag-  
nitudo meritorū ita  
æquat, vt prorsus a-  
nimi dubius reddar, vtrū vtri præ-  
feram: adeo suis vterq; virtutibus  
summus occurrit. Tibi o Philippe,  
cū omniū sis christianissimi, liberali-  
ssimiq; animi:tum quod egregij tui  
corporis, genitor meus doctor Fran-  
ciscus de Villalobos, ex cunabulis,  
quinimmo( vt ita dixerim) ex vtero  
matris tuę clarissime, sanctissimeq;

Augustē, curā gesserit. Et tibi o Ma-  
ria, quod omni virtutum genere, &  
doctrinē sic præcellis, vt viris, ac fœ-  
minis, speculum sis & miraculū, ac  
te vnicā mundi géma sceptrā tenen-  
te, iam vere sit Britānia cunctis præ-  
lata regionib⁹: fiatq; tui potius, quā  
tanti regni possessione fœlicior, tu⁹,  
noster, īmo vniuersorū Philipp⁹. Ut  
igitur rē aggrediar, ex quatuor Euā  
gelijs, vnum cōnexui: rerū seriē ( vt  
mihi a domino datū est) texens: idq;  
ea translatione, qua nunc Romana  
vtitur ecclesia. Quā cū insignib⁹ mé-  
dis, librariorū incuria admissis, vt li-  
cuit, purgauerim: nec voculā quidē  
illius, prudens ac sciēs mutaui. Por-  
ro sancta christi historia, sacrumq;  
Euangelium vnum est: quāuis mul-  
ti conati sint (vt Lucas in p̄fatio-  
ne ad theophilū refert) illud cōscri-  
bere: quorum tātum quatuor catho-

lica recepit Ecclesia. Mēdaciū quip  
pe, duplex aut multiplex esse potest  
& nunquā sibi, cum nunquā in rerū  
numero sit, simile. Veritas autē, nō  
nisi vna, semperq̄ simplex, etiā si a  
mille millibus scriptitetur. Narran  
di etenim mod⁹, ab historiographis  
variari potest, veritas ipsa in re in  
æternum sui similis est, nusquamq;  
non ipssissima. Quatuor ergo illi, in  
hoc vno loquuntur Euangelio: iun  
ctisq; pennis illa Ezechielis anima  
lia super faciē suam gradiūt. De  
meo nihil additū est, præter verbu  
la quedā (que velut notha, si digna  
nota fuerint, stellulis subsignabun  
tur) tanquā fibulas, quibus illorum  
sermo cohereat. Labor improbus:  
sed minime aspernādus. Euāgelistę  
quidē, & si eodē sancto spiritu, pro  
tempore illorum organa temperan  
te, nō tamē eodem ordine nec solū

eadē, & quādoꝝ quę priora poste-  
rius, & quę posteriora prius scripse  
re: vnde nō paruum chaos, & hiatus  
oritur concordāti. Hic vero, cum re  
rum ab eis narratarum ōmittatur ni  
hil: nihil non (meo iudicio) iteratum  
repetitur: idcꝝ, nō inconcinne, & cū  
facili, nec insulsa, sanctisqꝝ lectu sua  
ui, & verbum Dei Euangelizantibꝝ  
non parū cōmoda Euangelistarum  
cōcordia. Prodeat ergo vestris auf-  
picijs, o pij principes, hoc nououetꝝ  
Euāgeliū in Lucē: erit enim quod  
vestro nomini dicarim, studiosis vt  
legant fauor: et pauor oblatrātium  
morsibus, ne pculcare discerpereqꝝ  
attentēt. Viam aperui, minutum in  
gazophilaciū misi, pellē obruli: fœli-  
ciora ingenia, aurum & gemmas of-  
ferant: nec enim volumus hunc no-  
strum historię ordinem pro oracu-  
lo haberi: sed sanctæ matri ecclesiæ

semper colla submittimus, parati ce-  
dere, meliora d' Christi thesauris  
proferéti. Valete: seruetq; vos  
Deo sic ut videatis natos  
natorū, & qui naſ-  
centur ab illis  
Amen.

## PIO LECTORI.

**C**Vm hoc operis absoluere, incidi in  
quorundā recentiorum, tituli ac labo-  
ris eiusdem libros: qui post Ammonium  
Alexandrinum, Augustinum, ac reliquos  
conscripti. Quorū, ut phrasis nitor, con-  
similesq; vigilię placet: ita non admodum  
mihi probatur ordo, fidesq; sermonū. Nā  
prēterquā quod in vno, historię series, in  
alio verborum fides, tamen cōtextus (qui  
solus totius nostri sudoris est scopus, nam  
quid Euangelistis addimus?) in omnibus  
desideratur. In vno quidem, cum alias plu-  
ribus locis (quos ne te morer, cōsulto prē-  
termitto, et tu lectione dprehēdes) expe-  
riri licet: tum Luce clarius dignoscitur, in  
enarratione negationum Petri. Cū enim  
ab Euangelistis, quin & ab ipso Christo  
tres tantū recensentur: ille plusquā septē  
annectit. In alio vero facile poterit depre-  
hēdere qui penitus perspicerit, quod cū  
plurima ex suo loco, in alienum tyranice  
admodum transmutauerit, totam rerum  
seriem, innumeris resecans frustulis, con-  
fundit. Omnes vero labyrinthū ingressi

ægre se inde extricant, ac velut musce aranei tela præpedite subide obuoluūtur: multata, hiulca, quædā etiam superflua, ac temere repetita inferentes. Sed tuū esto iudicium amice lector. Ut autem minori cū tædio contextum hūc Euāgelicum legas, est quod te latere nolim. nimirū Matth, Significare Mattheum, Mar, Marcū, Lu. Lucam, Io. Ioānem. Nec enim te tot literulis ac semilunulis textui intermixtis, a reliqua lectione remorari volui, vt ceteri, vbi sepe quæ duo, tres, aut omnes simul quatuor dixerit, vni soli tribuūtur, alijs suo honore fraudatis: sed dūtaxat exordio cuiusq; capitis præfixi eos, qui eo capite contenta scripserunt. Vale, ac labores lucubrationesq; nostras boni obsecro consuler: & amplectere verbum salutis, Euangeliū vitæ eternæ Iesu christi Domini nostri: nō est enim datum hominib⁹ aliud nomē sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri.

## ANTIDOTVM.

**N**lle charus domini discipulus,  
qui de eius pectorc hausit quæ  
scriberet,circa finem sui Euanc  
gelij sic ait:multa quidem & a  
lia signa fecit Iesus,quæ non sunt scripta  
in libro hoc. &c. Vnde clarum liquet, nō  
omnia quæ scripta sunt,continue,sed nec  
contigue quidem plurima gesta fuisse: &  
euangelistas non anxie secutos rerum or  
dinem, sed sicut eidem sancto spiritui vi  
sum est conuenire:ne in doctissimam sa  
pietię verbis fieret sermo,quin magis sim  
plici stilo doceretur mundus,& ne rerum  
historia in immensum protenderetur, vt  
idem Ioānes in Euangelij coronide iterū  
dicit:sunt autē et alia multa quæ fecit Ie  
sus,quæ si scribātur per singula nec ipsum  
arbitror mundū capere posse, eos qui scri  
bendi sunt libros . Vnde Augustinus in  
questionibus super Matth.Ca. 15. Nōnū  
quā sane aliis Euangeliſta contexit,quod  
alius diuersis temporibus dictum indicat.  
Non enim omnimodo secundum rerum  
gestarum ordinem, sed secūdū suę quisq;

recordationis facultatem, narrationē quā  
exorsus est ordinavit. Hoc tibi erit amice  
lector antidoti vice, cum quidpiam in hoc  
Euāgelio narratum (tuo quidem iudicio)  
ordine præpostero, aut anteuersum, tueq;  
faliuç nō admodū suave forsā offenderis.

**Prefatio Luce ad Theophilum.**

Voniam quidem multi conati sunt  
**Q**ordinare narrationes, quę in nobis  
cōpletę sunt rerū, sicut tradiderunt  
nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & mini-  
stri fuerunt sermonis: visum est & mihi  
asseculo omnia a principio, diligenter  
ex ordine tibi scribere optime  
Theophile, ut cognoscas  
eorū verborum d̄ quib⁹  
eruditus es veri-  
tatem.

SANCTVM IESV

Christi Euangelium se

cundum Quatuor.

Mar.

I.

Lu. I.

A



N I T I V M

Euangelij I E S V

Christi filij Dei.

Fuit in diebus He  
rodis regis Iudee,  
sacerdos quidam  
nomine Zacha-

rias, de vice Abia: & vxor illius de  
filiabus Aarō, & nomē eius Eliza  
beth. Erāt autem ambo iusti ante  
deū, incedentes in omnibus māda  
tis, & iustificationib⁹ domini, sine  
querela: Et non erat illis filius, eo  
quod esset Helizabeth sterilis: &  
ambo processissent in dieb⁹ suis.  
Factū est autē, cū sacerdotio fun  
geretur Zacharias, ī ordine vici-

A sux



## CONCORDIA

suæ ante deum, secundū cōsuetudinē sacerdotij: sorte exiit, vt incēsum poneret, ingressus in templū domini, & omnis multitudo populi erat orás foris hora incensi. Apparuit autē illi angelus dñi stans a dextris altaris incensi, & Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum. Ait autē ad illū angelus: ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua, & vxor tua Helizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem. Et erit gaudium tibi, & exultatio, & multi in nativitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram domino, vinū & sicerā nō bibet, & spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: & multos filiorum Israel conuertet ad dominum deum ipsorum. & ipse

præce

# EVANGELISTARVM

præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ: ut conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiā iustorum, parare domino placem perfectā. Et dixit Zacharias ad angelū: vnde hoc sciā? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus dixit ei: ego sum Gabriel, qui adsto ante deum, & missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare: & ecce eris tacens, & nō poteris loqui, usq; in diē quo hæc fiant: pro eo quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quod tardaret ipse in téplo. Egressus autem non poterat loqui ad illos: & cognoverunt, quod visiō nem vidisset in téplo, & ipse erat

Aij inueniens

## CONCORDIA

innuens illis, & permansit mutus.  
Et factum est, ut impleti sunt dies  
offitij eius, abiit in domum suam.  
Post hos autem dies concepit He-  
lizabeth vxor eius, & occultabat  
se mēsibus quinqupta, dicers:quia sic  
fecit mihi Dominus,in diebus qui  
bus respexit auferre opprobrium  
meū inter homines.In mense au-  
tem sexto , missus est angelus Ga-  
briel a deo in ciuitatem Galilææ  
cui nomē Nazareth,ad virginem  
desponsatam viro,cui nomē erat  
Ioseph,de domo Dauid:& nomē  
virginis Maria.Et ingressus ange-  
lus ad eā,dixit : Aue gratia plena  
dominus tecum , benedicta tu in  
mulieribus.Que cum audisset,tur-  
bata est in sermone eius:& cogita-  
bat, qualis esset ista salutatio. Et  
ait angelus ei: Ne timeas Maria,in  
uenisti

# EVANGELISTARVM 3

uenisti enim grām apud deū. Ecce cōcipes in vtero, et paries filiū, et vocabis nomē ei⁹ IESVM. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi domin⁹ deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autē Maria ad angelū: quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco? Et respōdens angelus dixit ei: spirit⁹ sāct⁹ superueniet ī te, & virt⁹ altissimi obūbrabit tibi: ideoq; & quod nasceret ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et ecce Heli-zabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua, & hic mensis est sextus illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla domi-

A iij ni, fiat

# CONCORDIA NAVE

ni, fiat mihi secundū verbum tuū,  
& discessit ab illa angelus. Exur-  
gens autem Maria in diebus illis,  
abijt in montana cum festinatione  
in ciuitatē Iuda: & intravit in do-  
mum Zachariæ, & salutauit He-  
lizabeth. Et factum est: ut audiuit  
salutationem Mariæ Helizabeth,  
exultauit infans in vtero eius: et  
repleta est spiritu sancto Heliza-  
beth, & exclamauit voce magna,  
et dixit: benedicta tu inter mulie-  
res, & benedictus fructus ventris  
tui: & vnde hoc mihi, vt veniat  
mater dñi mei ad me? Ecce enim  
vt facta est vox salutationis tuæ  
in auribus meis, exultauit in gau-  
dio infans in vtero meo: & beata  
quæ credidisti, quoniā perficiētur  
ea quæ dicta sunt tibi a domino.  
Et ait Maria: Magnificat anima  
mea do

## EVANGELISTARVM 4

mea dominum, & exultauit spiri-  
tus meus in deo salutari meo: quia  
respexit humilitatē ancillæ suæ,  
ecce enim ex hoc beatā me dicent  
omnes generationes: quia fecit mi-  
hi magna qui potens est: & sanctū  
nomen eius. Et misericordia eius,  
a progenie in progenies timetib⁹  
eum. Fecit potentiam in brachio  
suo, dispersit superbos mente cor-  
dis sui: deposuit potentes de sede  
et exaltauit humiles. Esuriētes im-  
pleuit bonis, & diuites dimisit ina-  
nes. Suscepit Israel puerum suum  
recordat⁹ misericordię suę: sicut  
locut⁹ est ad patres nostros, Abra-  
ham, & semini eius in secula.

## CAPVT. II.

Luc.  
1. & 2. **H**Elizabeth autē impletum est  
Mat. i tempus pariendi, & peperit  
A A iiiij filium

## CONCORDIA

filiū, & audierunt vicini & cognati eius, quia magnificauit domin⁹ misericordiam suam cum illa, & congratulabātur ei. Et factum est in die octauo, venerūt circuncidere puerum: & vocabant eum nomine patris sui Zachariam. Et respondens mater eius, dixit: nequam, sed vocabitur Ioánes. Et dixerunt ad illā: quia nemo est in cognitione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebāt autem patri eius, quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem scripsit, dicens: Ioánes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autē illico os eius, & lingua eius: & loquebatur benedicens deum. Et fact⁹ est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc

EVANGELISTARVM 5.

ba hæc. Et posuerunt omnes qui audierant in corde suo, dicentes: quis putas puer iste erit? etenim man<sup>o</sup> domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius, repletus est spiritu sancto, & prophetauit dicens: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptio-  
nē plæbis suæ. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui: sicut locutus est per os sancto-  
rum, qui a seculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris,  
& de manu omnium qui oderunt nos: ad faciendam misericordiam  
cum patrib<sup>o</sup> nostris, & memorari testimoniū  
sui sancti. Ius iurandum quod  
iurauit ad Abrahā patrem nostrum,  
daturū se nobis. Ut sine timore, de  
manu inimicorum nostrorum libera-  
ti, seruiamus illi: in sanctitate &  
iustitia

## CONCORDIA

iustitia coram ipso omnibus die-  
b<sup>o</sup> nris. Et tu puer propheta altissi-  
mi vocaberis, pr̄eibis enim ante  
faciē dñi, parare vias ei<sup>o</sup>. Ad dādā  
scientiam salutis plebi eius, in re-  
missionem peccatorum eorum.  
Per viscera misericordiæ dei no-  
stri, in quibus visitauit nos orieus  
ex alto: illuminare his, qui in tene-  
bris, & ymbra mortis sedent, ad  
dirigendos pedes nostros in viam  
pacis. Puer autem crescebat, & cō-  
fortabatur spiritu: & erat in d̄fer-  
tis vscq; in diem offēsionis fūx ad  
Israel. Mansit autem Maria cum  
illa quasi mēsibus tribus, & reuer-  
sa est in domū suam. Et cum esset  
despōfata mater IESV Maria Io-  
seph, ante quam cōuenirent, inuē-  
ta est in vtero habens de spiritu sā-  
cto. Ioseph autem vir eius cū esset  
infus


# EVANGELISTARVM 6

iustus, & nollet eā tra-  
ducere, voluit occul-  
te diuinittere eā. Hęc  
autē eo cogitātē, ecce  
angelus domini appa-  
ruit in somnis Ioseph  
dicens: Ioseph fili Da-  
vid, noli timere acci-  
pere Mariam cōiugē  
tuā: quod enim in ea  
natū est, de spiritu san-  
cto est: pariet autem fi-  
liū, & vocabis nomē  
ei⁹ IESVM: ipse enim  
saluum faciet populū  
suum a peccatis eorū.  
Hoc autem totū factū  
est, vt impleret quod  
dictū est a domino per prophetā  
dicentem: Ecce virgo in vtero ha-  
bebit, & pariet filiū, & vocabitur  
nomen

Hęc præpo-  
stero narram  
tur ordine,  
ijs, quib⁹ pla-  
cet Ioseph  
iā sacri my-  
sterij cōsciū  
intersuisse  
cū Maria pu-  
erperio He-  
lizabeth: sed  
cum vix p̄e-  
terquam tri-  
mestrīs, vte-  
rus intumes-  
cat puelle,  
nō admodū  
verisimile id  
videtur.

## CONCORDIA

nomē eius Emanuel: quod est in-  
terprētatū, nobiscum deus. Exur-  
gens autem Ioseph a somno, fecit  
sicut præcepit ei angelus domini:  
& accepit cōiugem suam, & non  
cognoscebat eam, donec peperit



filium suum primoge-  
nitum. Factum est au-

Donec, et an-  
tequā, desig-  
nāt quādoq;  
tēpus infini-  
tū: primi re-  
gum tertio  
dicitur d' He-  
li. oculi eius  
caligauerant  
nec poterat  
videre lucer-  
nam domini  
antequā ex-  
tingueretur  
nunquid, cū  
tē in diebus illis, exiit  
adictū a cœsare Au-  
gusto, vt describere  
tur vniuersus orbis.  
Hæc autem d̄scriptio  
prima facta est a præ-  
side siriæ Cirino. Et  
ibant omnes, vt profi-  
teretur singuli in suā  
ciuitatem. Ascēdit au-  
tem & Ioseph a Gali-  
læa, de ciuitate Naza-  
ret in Iudæam, in ciui-  
tatem

# EVANGELISTARVM. 7.

tatem Dauid, quæ vocabatur Bethleem, eo quod esset de domo, et familia Dauid, ut profiteretur cum Maria despontata sibi uxore permanente. Factum est autem cum esset ibi, impleti sunt dies ut pareret, & perperit filium suum primogenitum, et pannis eum involuit, & reclinavit eum in praesepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in eadem regione vigilantes, & custodiientes vigilias noctis super gregem suum: Et ecce angelus domini stetit iuxta illos, & claritas dei circumfulsit illos, et timuerunt

extincta es-  
set videbat?  
et apostolus,  
oportet illud  
regnare, do-  
nec ponat  
omnes inimi-  
cos sub pedi-  
bus eius, nun-  
quid post-  
quam ponet,  
tunc regna-  
re desistet?  
et hic, donec  
peperit: nu-  
quid, cum ma-  
ter dei esset  
effeta, tunc  
auderet cog-  
noscere Ios-  
eph?

# CONCORDIA AVE

timuerūt timore magno. Et dixit  
illis angelus. Nolite timere: Ecce  
enim Euāgelizo vobis gaudium  
magnū, quod erit omni populo:  
quia natus est nobis saluator, qui  
est C H R I S T V S dominus, in  
ciuitate Dauid. Et hoc vobis sig-  
num: inuenietis infantem pannis  
inuolutum: & positū in præsepio.  
Et subito facta est cū angelo mul-  
titudo militiæ cælestis, laudantiū  
deum, & dicentium: Gloria in al-  
tissimis deo, & in terra pax homi-  
nibus bonæ voluntatis. Et factum  
est, vt discesserunt ab eis angeli in  
cælum, pastores loquebantur ad  
inuicē: trāseam⁹ usq; ad Bethleē,  
& videamus hoc verbum quod fa-  
ctū est, quod fecit domin⁹: & ostē-  
dit nobis. Et venerunt festinātes,  
& inuenerūt Mariam, & Ioseph,  
& infan

EVANGELISTARVM. 8

& infantem positum in præsepio.

Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictū erat illis de puerō hoc. Et omnes qui audierāt, mirati sunt, & de his, quæ dicta erāt

**F**a pastorib⁹ ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, cōferens in corde suo. Et reuersi sūt pastores glorificantes, & laudātes deum, in omnibus quæ audierant & viderāt: sicut dictū est ad illos. Et postquam consūmati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nōmem eius I E S V S:

**G**quod vocatum est ab angelo, pri⁹ quam in vtero cōciperetur. Cum ergo nat⁹ effet I E S V S ī Bethleē Iudæ, in dieb⁹ Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymā dicentes: ubi est, qui nat⁹ est rex Iudeorum? Vidimus enim stellam

## CONCORDIA

stellam eius in oriente, et venim⁹  
adorare eum. Audiens autem He  
rodes rex, turbatus est, & omnis  
Hierosolyma cū illo: & cōgregás  
omnes principes sacerdotū, et scri  
bas populi, sc̄iscitabatur ab eis vbi  
CHRISTVS nasceretur. At  
illi dixerunt ei: in Bethleem Iudæ,  
sic enim scriptum est per prophe  
tam. Et tu bethleē terra Iuda, ne  
quaquam minima es in principib⁹  
Iuda: ex te enim exiet dux qui re  
gat populū meū Israel. Tunc He  
rodes, Clam vocatis Magis, diligē  
ter didicit ab eis temp⁹ stellæ, quæ  
apparuit eis. Et mittens illos in  
Bethleē, dixit: Ite, & interrogate  
diligēter de puerō, & cum in ve  
neritis, renuntiate mihi: vt & ego  
veniens adorē eum. Qui cum au  
dissent regem, abierunt. Et ecce  
stella

# EVANGELISTARVM 9

stella, quam viderant in Oriente antecedebat eos: vsq; dum venies staret, supra vbi erat puer. Videntes autē stellā, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domū, inuenerunt puerum cū Maria matre eius: & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis, obtulerūt ei munera, aurum thus, & myrrā. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem, per aliam viam reuerſi sunt in regionem suam. Et postquā impleti sunt dies purgationis eius, secundum legē Moysi, tulerunt illū in Hierusalem, vt filterēt eum domino, sicut scriptū est in lege domini: quia omne masculinum ad aperiens vulvam, sanctum domino vocabitur. Et vt darent hostiā, secūdum quod dictum est in lege

B domini

## CONCORDIA

domini: par turturū, aut duos pu-  
llos columbarum. Et ecce homo  
erat in Hierusalem, cui nomen Si-  
meon, & homo iste Iustus, & timo-  
ratus, expectans consolationem  
Israel: et spiritus sanctus erat in eo.  
Et responsum acceperat Simeon  
a spiritu sancto, non visurum se  
mortem, nisi prius videret Christū  
domini. Et venit in spiritu in tem-  
plum. Et cum inducerent pue-  
rum IESVM parentes eius, ut  
facerent secundum consuetudi-  
nem legis pro eo, & ipse accepit  
eum in vlnas suas, & benedixit  
deum, & dixit: Nunc dimittis ser-  
uum tuum domine, secundum  
verbum tuum in pace: quia vide-  
runt oculi mei salutare tuum, quod  
parasti ante faciem omnium po-  
pulorum, lumen ad reuelationem

gētium

## EVANGELISTARVM 10

gētiū, & gloriā plæbis tuæ Israel.

**I** Et erant pater eius, & mater eius mirantes, super his quæ dicebant de illo. Et benedixit illis Simeon, & dixit ad Mariam matrem eius: ecce posit⁹ est hic in ruinam, & in resurrectionem multorū in Israel & in signum, cui cōtradicetur: et tuam ipsius animam pertransibit gladi⁹, vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna

**L** prophetissa filia phanuel, d̄ tribu Affer: hæc processerat in diebus multis, & vixerat cū viro suo ánis septem a virginitate sua, & hæc vi duā vscp ad annos octoginta quatuor, quæ nō discedebat de tēplo, ieiunijs & obsecrationibus nocte ac die. Et hæc ipsa hora superueniens, confitebatur domino, & loquebatur de illo, omnibus qui

B ij expecta

## CONCORDIA

expectabant redēptionem Israēl.  
Et ut perfecerunt omnia secundū  
legem domini, reuersi sunt in Ga-  
lilæam, in ciuitatē suā Nazareth .

## CAPVT. III.



Vm recessissent magi ,  
ecce ágel⁹ dñi apparuit Matt  
i somnis Ioseph, dicens: 1. et. 2.  
surge , & accipe puerū, Lu.  
& matrem eius , & fuge 2. et. 3.  
in Ægyptum , & cito 10.1.  
Recesserant ibi, vſq; dum dicam tī A  
quippe ma- bi: futurū eſt enim ; vt  
gi, ante puri Herodes quærat pue-  
ficationem. rum ad perdendū eū.  
quēdā enim Qui consurgens acce-  
ſic per anti- pit puerum, & matrē  
cipationem, eius nocte, & feccessit  
aut recapitu lationem ab in Ægyptum: & erat  
ibi vſ

## EVANGELISTARVM II

ibi usq; ad obitum He Euāngelistis  
rodis: vt impleretur narrantur, vt  
quod dictum est a do per quam di  
mino per prophetam fficile possit  
dicentem: ex Ægypto ad iustū ordi  
vocauī filium meum.

- B** Tunc Herodes vidēs supra d̄ Ioā  
quoniam illusus esset ne, & erat in  
a Magis, iratus est val  
de, & mittens occidit desertis usq;  
ōnes pueros, qui erāt ad tēp<sup>9</sup> oſte-  
in Bethleem, & in om ſionis ſuę ad  
nibus finibus eius, a bimatu & in-  
fra: ſecūdum tempus quod exqui-  
ſierat a Magis. Tūc adimpletum  
eft, quod dictum eft per Hieremiā  
prophetam, dicentem: vox in Ra  
ma audita eft, ploratus & vlula-  
tus multus, Rachel plorans filios  
**C** ſuos, & noluit consolari: quia nō  
ſunt. Defuncto autē Herode, ecce  
Bij angel⁹



## CONCORDIA

angel⁹ domini apparuit in somnis  
Ioseph in Ægipto, dicēs: surge, &  
accipe puerum, & matrem eius, et  
vade in terram Israel: d̄functi sūt  
enim qui querebant animam pue-  
ri. Qui confurgens, accepit puerū

Quoties do- & matrem eius, & ve-  
minus Iesu- nit in terrā Israel. Au-  
venerit i Ga- diens autem quod Ar-  
lileam, Naza- chela⁹ regnaret in Ju-  
reth, Caphar- dæa p̄ Herode patre  
naum, aut as- suo, timuit illō ire: et  
cenderit H̄c admonitus in somnis  
rosolimā vix secessit in partes Ga-  
ab aliquo sci- lilæx: & habitauit in  
ri potest: nō ciuitate sua Nazareth  
enī (vt Ioā- vt adimpleret quod  
nes ait) sunt dictū est per prophe-  
ōnia scripta tas: quoniam Nazare⁹  
in libro hoc. vocabitur. Puer autē  
crescebat, & cōfortabat spiritu, D  
plenus

plenus sapietia: & gratia dei erat  
in illo. Et ibant parentes eius per  
omnes annos in Hierusalem in die  
soleni paschae. Et cum factus esset  
annorum duodecim, ascendentibus  
illis Hierosolimam secundum co-  
suetudinem diei festi, consumma-  
tisq[ue] diebus, cum redirent, reman-  
sit puer IESVS in Hierusalem:  
& non cognoverunt parentes eius.  
Existimantes autem illum esse in  
comitatu, venerunt iter diei, & re-  
quirebant illum inter cognatos,  
& notos: & non inuenientes, regres-  
si sunt in Hierusalem, requirentes  
eum. Et factum est post triduum,  
inuenierunt illum in templo sedé-  
tem in medio doctorū, audientem  
illos, & interrogantem. Stupebat  
autem omnes, qui eum audiebāt,  
super prudētia, & responsis eius:

ad h[ab]itum

B iiiij

&amp; vidē

## CONCORDIA

& videntes admirabatur. Et dixit  
mater eius ad illum: fili, quid fecisti  
nobis sic? ecce pater tuus & ego  
dolentes quærebamus te. & ait ad  
illos: quid est quod me quærebatis?  
nesciebatis, quia in his quæ patris  
mei sūt, oportet me esse? & ipsi nō  
intellexerunt verbum, quod locu-  
tus est ad eos. Et descendit cū eis,  
& venit Nazareth, & erat subdit⁹  
illis. Et mater eius conseruabat  
omnia verba hæc in corde suo. Et  
IESVS proficiebat sapiētia, et a-  
te, & gratia apud deū & homines  
incipiebatq; esse ferme annorum  
trigita, vt putabat̄ fili⁹ Ioseph, qui

Heli idē qui  
et Ioachin  
pater matris  
domini, vt

fuit Heli, qui fuit Mat  
that, qui fuit Leui, qui E  
fuit Melchi, qui fuit  
Iānæ, qui fuit Ioseph  
qui fuit Mathatthiæ,  
qui fuit

## EVANGELISTARVM 13

qui fuit Ammos, qui testatur Hie  
fuit Naū, qui fuit Hef-  
li, qui fuit Nagge, qui  
fuit Maath, q̄ fuit Ma-  
thatthiæ, qui fuit Se-  
mei, qui fuit Ioseph,  
qui fuit Iuda, qui fuit  
Ioanna, qui fuit Resa,  
qui fuit Zorobabel,  
qui fuit Salathiel, qui  
fuit Neri, qui fuit Mel  
chi, qui fuit Addi, qui  
fuit Cosam, qui fuit El  
madan, qui fuit Her,  
qui fuit Iesu, qui fuit  
Eliazer, qui fuit Ioram  
qui fuit Mathat, qui  
fuit Leui, qui fuit Si-  
meō, qui fuit Iuda, qui  
fuit Ioseph, qui fuit  
Iona, qui fuit Helia -  
chim

Hie  
ronimus: vn  
de illud, qui,  
erit referen-  
dum ad Chri-  
stū, vt loco  
patris quem  
in terris non  
habuit, pona  
tur au<sup>9</sup>, & na-  
rretur ma-  
tris genealo-  
gia naturalis  
Cui vero id  
nō placet e-  
rit illi Heli le-  
galis pater Io-  
seph & illud  
qui, erit huic  
referendum  
q̄e posteri-  
or opinio, an-  
tiquę tradi-  
tioni, et san-  
ctis patribus

## CONCORDIA

probatur ma  
gis. Nam vt  
Eusebius ce-  
sariensis nar-  
rat ex Afri-  
cano: Mathā  
et Melchi di-  
uersis tēpori-  
bus, d̄ vna ea  
dēq; vxore  
Estha nomi-  
ne singulos  
filios p̄crea-  
runt. Quia  
Mathā qui p̄  
Salomoneim  
descēdit, vxo-  
rem eam pri-  
mus accepe-  
rat, et relicto  
vno filio Ia-  
cob nomine  
defūctus est.  
Post cui⁹ obi-

chim, qui fuit Melcha  
qui fuit Menna, qui fu-  
it Matthatha, qui fuit  
Natham, qui fuit Da-  
uid, qui fuit Iessæ, qui  
fuit Obeth, q̄ fuit Bo-  
oz, qui fuit Salmon,  
qui fuit Naafom, qui  
fuit Aminadab, qui fu-  
it Arā, qui fuit Efrō,  
qui fuit Phares, qui fu-  
it Iudæ, qui fuit Iacob,  
qui fuit Isaac, qui fuit  
Abrahā, qui fuit Tha-  
ræ, qui fuit Nachor, q̄  
fuit Saruch, q̄ fuit Ra-  
gau, qui fuit Phalec, q̄  
fuit Heber, qui fuit Sa-  
læ, qui fuit Cainā, qui  
fuit Arphaxat, qui fu-  
it Sé, qui fuit Noe, qui  
fuit

fuit Lamec, q̄ fuit Ma- tū Melchi,  
 thusalē, q̄ fuit Enoch,  
 q̄ fuit Iareth, qui fuit  
 Malaleel, q̄ fuit Chai- qui per Na-  
 nā, qui fuit Enoſ, q̄ fuit than genus  
 Seth, q̄ fuit Adā, q̄ fuit ducit, cum  
 Dei. C R H I S T I effet ex ea-  
 dē tribu, sed non ex eodē

F autem generatio sic genere, reli-  
 erat. Liber generatio etam Mathē  
 nis I E S V Christi accepit vxo  
 filij Dauid, filij Abra- rem (quoniā  
 ham. Abrahā genuit lex viduam  
 Isaac. Isaac autē genu alij viro non  
 it Iacob. Iacob autem vetat nube-  
 genuit Iudam, & fra- re) ex qua et  
 tres ei⁹, Iudas autē ge- ipse suscepit  
 nuit Phares, & Zarā filium nomi-  
 de Thamar, Phares ne Heli: per  
 autem genuit Esrom, quod ex di-  
 Esrō autē genuit Arā. uerso patrū  
 Aram autem genuit genere effi-  
 Amina ciuntur Ia-  
 cob et Heli  
 vterini fra-

Amina

## CONCORDIA

tres. quorum Aminadab, Amina-  
alter. i. Jacob dab autem genuit Na-  
fratris Heli asom. Naafon autem  
sine liberis genuit Salmō. Salmō  
defūcti, vxo autē genuit Booz de  
rem ex man Raab. Booz autem ge-  
dato legis ac nuit Obeth ex Ruth.  
cipiēs/genu- Obeth autem genuit  
it Ioseph, na Iesse. Iesse autem ge-  
tura quidem nuit Dauid regē. Da-  
germinis, fi- uid autem rex genuit  
liū suum, se- Salomonē ex ea quæ  
cundum ve- fuit Vriæ. Salomō au-  
ro legis pre- tem genuit Roboam.  
ceptum He- Roboam autē genuit  
li filiū, cuius Abiam. Abia autem  
Jacob (quia genuit Asa. Asa autē  
frater erat) genuit Iosaphat. Iosa-  
vxorē ad sus phat autem genuit Io-  
citādum fra ram. Ioram autem ge-  
tris semen, nuit Hoziam. Hozias autē genuit  
acceperat. Ioathā

Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechia. Ezechias autē genuit Manasse. Manasses autem genuit Amō. Amō autem genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniā, & fratres eius in trāsmigratione Babilonis: & post transmigrationem Babilonis Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autē genuit Eliachim. Elia chim autē genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autē genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathá. Mathá autē genuit Iacob. Iacob autē genuit Ioseph virū Mariæ: de qua nat⁹ est I E S V S, qui vocatur Christ⁹. Omnes itaq; genera-  
tiones

## CONCORDIA

tiones ab Abraham, usq; ad Dauid, generationes quatuordecim: et a Dauid, usq; ad trasmigrationem Babilonis, generationes quatuordecim, & a trasmigratione Babilonis, usq; ad Christum, generationes quatuordecim. At In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & De<sup>o</sup> erat verbum. Hoc erat in principio apud Deū. Omnia per ipsum facta sunt, & si ne ipso factum est nihil. Quod factum est, in ipso vita erat, et vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet: & tenebrae eam non cōprehenderunt. Fuit homo missus a deo, cui nomen erat Ioānes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet d<sup>r</sup> lumine: ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet

EVANGELISTARVM 16

beret d̄ lumine. Erat lux vera, quę illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit. In propria venit, & sui eū non receperunt. Quotquot autē receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credūt in nomine eius: qui non ex sanguinibꝝ, neqꝝ ex voluntate carnis, neqꝝ ex voluntate viri, sed ex deo natī sūt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis, & vidimus gloriā eius, gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratiæ & veritatis.

CAPVT. III.

**A**NNO autē quintodecimo imperij Tiberij Cæsarī, procurante Poncio Pilato Iudicem, tetrarcha

CONCORDIA MAVI

trarcha autem Galilææ Herode,  
Philippo autem fratre eius tetrar  
cha Iturææ & Trachonitidis re-  
gionis , & Iysania Abilinæ te-  
trarcha, sub principib<sup>o</sup> sacerdotū  
Anna & Caipha: factum est, ver-  
bum domini super Ioannem Za-  
chariæ filium in deserto: & venit  
in omnem regionem finitimā Ior-  
dani, prædicans baptismum pæni-  
tentiaæ in remissionē peccatorū, si  
cut scriptum est in prophetis & in  
libro sermonū Esaïæ prophætæ:  
Ecce ego mitto angelum meū an-  
te faciem tuā, qui præparabit viā  
tuam ante te. Vox clamantis in de-  
serto: parate viam domini, rectas  
facite semitas eius. Omnis vallis  
implebitur, & omnis mons & col-  
lis humiliabitur, & erūt praua in  
directa, et aspera in vias planas, et  
videbit

Lu. 3.Mar.I.Mat.3Io. 1.A

EVANGELISTARVM. 17

videbit omnis caro salutare dei.

B Erat autem Ioannes vestitus pilis  
Cameli, & zona pelliza circa lū-  
bos eius: vescebatuꝝ locustis, ac  
melle siluestri. Tunc exibat ad eū  
Hierosolima, & omnis Iudæa, &  
omnis regio circa Iordanē, et bap-  
tizabantur ab eo in Iordanē, cōfi-  
tentes peccata sua. Cū vidisset au-  
tem multos ex phariseis, & sadu-  
cæis venientes ad baptismum suū  
dixit illis, & ad turbas quæ exibāt  
vt baptizarentur ab ipso: proge-  
nies, genimina viperarū, quis ostē-  
dit vobis fugere a ventura ira? fa-  
cite ergo fructus dignos pæniten-  
tiæ, & ne velitis dicere intra vos,  
patrem habemus Abraham: dico  
enim vobis, quia potēs cūt deus, de  
lapidibꝝ istis suscitare filios Abra-  
ham. Iam enim Securis ad radicem

C arborum

## CONCORDIA

arborum posita est: omnis ergo ar-  
bor non faciens fructum bonum,  
excidetur: & in ignem mittetur.  
Et interrogabant eum turbæ dicē-  
tes: quid ergo faciemus? Respōdēs  
autē dicebat illis, qui habet duas  
tunicas, det non habenti: & qui ha-  
bet escas, similiter faciat. Venerūt  
autem & publicani ut baptiza-  
rentur, & dixerunt ad illum: Ma-  
gister quid faciemus? At ille dixit  
ad eos: nihil amplius, quam consti-  
tutū est vobis, faciatis. Interroga-  
bant autem eum & milites dicen-  
tes: quid faciemus & nos? ait illis:  
neminem concutiatis, neq; calū-  
niam faciatis, & contenti stote sti-  
pendijs vestris. Existimante autē D.  
populo, & cogitantibus omnibus  
in cordibus suis d̄ Ioáne, ne forte  
ipse esset Christ⁹, respōdit Ioánes  
dicens

## EVANGDLISTARVM 18

dicens omnibus: Ego quidē aqua baptizo vos ad pœnitentiam: ve-  
niet autem fortior me post me, cu-  
ius non sum dignus calciamenta  
portare, \* nec \* procumbēs solue-  
re corrigiam calciamentorū eius.  
ipse vos baptizabit spiritu sancto  
& igni, cuius ventilabrum in ma-  
nu eius, & purgabit aream suam,  
& cōgregabit triticum in horreū  
suum, paleas autem comburet ig-  
ni inextīguibili.] Multa quidem et

E alia exhortans euangelizabat po-  
pulo Ioannes, testificabaturqz de  
ipso, clamās, et dicēs: hic erat quē  
dixi, qui post mē vēturus est, ante  
me factus est, quia prior mē erat,  
& de plenitudine eius nos omnes  
accepimus, et gratiam pro gratia:  
quia lex per Moisem data est, grā  
& veritas per I E S V M christum

C ij      facta

## CONCORDIA

facta est. Deū nemo vidit vnquā:  
vnigenitus filius, qui est in sinu pa  
tris, ipse enarravit. Et hoc est testi  
monium Ioānis, quando miserūt  
Iudei ab Hierosolymis sacerdo  
tes, & leuitas ad eum, vt interroga  
rent eum: tu quis es? Et cōfessus est,  
& nō negauit: et cōfessus est, quia  
non sum ego Christus. Et interro  
gauerunt eum: quid ergo? Helias  
es tu? & dixit: non sum. Propheta  
es tu? & respondit: non. Dixerunt  
ergo ei: quis es, vt responsum de  
jimus his qui miserunt nos? quid di  
cis de te ipso? Ait: ego vox claman  
tis in deserto, dirigite viam domi  
ni: sicut dixit Esayas propheta. Et  
qui missi fuerāt, erāt ex phariseis.  
Et interrogauerunt eum, & dixe  
rūt ei: quid ergo baptizas, si tu nō  
est Christus, neq; Helias, neq;  
prophe

## EVANGELISTARVM 19

F propheta? Respondit eis Ioannes  
dices: ego baptizo in aqua, sed me  
dius vestrum fecerit, quem vos ne-  
scitis: Ipse est, qui post me ventur<sup>o</sup>  
est, qui ante me factus est: cui<sup>o</sup> no  
sum dignus, ut soluam corrigiam  
calciaméti. Hec in Bethania facta  
sunt trans Iordanem, ubi Ioánes  
baptizabat. Tunc accedit IESVS  
a Nazareth Galilææ ad Iordanem,  
ad Ioánem, ut baptizaretur ab illo.  
Ioannes autem prohibebat eum, di-  
cens: Ego a te debeo baptizari, & tu  
venis ad me? Respondens autem  
IESVS, dixit ei: fine modo: sic  
enim decet nos implere omnem  
iustitiam. Tunc dimisit eum. Bap-  
tizatus autem IESVS, confessim  
ascendit de aqua: & ecce aperti sunt  
illi cæli, & vidit diffundi cælos, &  
spiritum dei descendente corporali

Cij specie

## CONCORDIA'

Specie tanquā colūbam, & venien-  
tem super se. Et ecce

  
Etiam si euā  
geliste ma-  
gis curarint,  
ſenſum, quā  
**exacta atq;**  
**ipſiſſima**  
filius meus dilectus, in  
quo mihi complacui.

Christi ver-  
ba redre, qd  
veritati et na-  
rrationi obſ-  
tat, ſi quędā  
biſ, ter, aut  
pluries rudi-  
adhuſ naſcē-  
ti ecclesię in-  
culcetur? Ut  
videre eſt in  
illa celeber-  
rima conci-  
one domini  
ſub cenā. po-

## C A P V T . V .



Vnc Iefus  
plenus spi-  
ritu sancto  
regressus a Mat.  
Iordanē, continuo du-  
ctus eſt in dſertum ab  
ſpiritu, vt tētaretur a  
diabolo: Et erat cū fe-  
ris. Et cum iejunasset  
dies quadragīta, ac no-  
ētes quadragīta, nihil  
come

Luc.

4.

Mar.

1.

regressus a Mat.

4.

Ioa.

1. & 2.

A.

## EVANGELISTARVM 20

comedens, cōsumma-  
tis illis, tādem esurijt.  
& accedens tentator  
diabolus dixit ei: si fi-  
lius dei es, dic: vt lapi-  
dēs isti panes fiat. En-  
dic lapidi huic, vt pa-  
nis fiat, qui respondēs  
dixit: nō in solo pane  
viuit homo, sed in om-

tuit namq;  
vox patris ex  
ad filiū et ad  
circunstantē  
turbam diri-  
gi. Et facili,  
hic, et alibi,  
sic repetēdo  
euangelistę  
cōciliantur.

ni verbo quod procedit d̄ ore dei.  
Tunc assumpsit illum diabolus in  
sanctam ciuitatem Hierusalem, et  
statuit eum super pīnaculum tē-  
pli, & dixit ei: si fili⁹ dei es, mitte te  
hinc deorsum, scriptum est enim:  
quia angelis suis mandauit de te,  
vt conseruent te, & in manibus to-  
llēt te, ne forte offendas ad lapidē  
pedem tuum. Ait illi I E S V S: rur-  
sum scriptū est, non tentabis d̄m

C iiii deum

Luc.  
4.  
Mar.  
1.  
Mat.  
4.  
Ioa.  
. & 2.  
A.

## CONCORDIA

deum tuū. Rursum assummit illū  
diabolus in mōtem excelsum val-  
de, & ostēdit illi omnia regna mū  
di in momēto temporis, & gloriā  
illorum, & dicit illi: tibi dabo pote  
statem hanc vniuersam, & gloriā  
illorum, quia mihi tradita sunt, &  
cui volo do illa : tu ergo si proci-  
dens adoraueris corā me, hęc om-  
nia tibi dabo: & erunt tua omnia.  
Et respondens I E S V S, dixit illi:  
vade satāna, scriptū est enim, do-  
minum deum tuū adorabis, & illi  
soli seruies. & consummata omni  
tentatione, diabol⁹ recessit ab illo  
vſq; ad tempus: & ecce angeli ac-  
cedebant, & ministrabant ei . Al-  
tera autē die, vidi Ioānes IESVM  
venientem ad se, & ait: Ecce agn⁹  
dei, ecce qui tollit peccata mundi.  
Hic est, de quo dixi, post me venit  
vir qui

B

vir, qui ante me factus est, quia pri  
or me erat, & ego nesciebam eū:  
sed ut manifestet in Israel, propte  
rea veni ego in aqua baptizans. Et  
testimoniu[m] perhibuit Ioannes, di-  
cens: quia vidi spiritum descendē-  
tem quasi columbā de cælo, & má-  
sit super eum: & ego nesciebā eū:  
sed qui missit me baptizare ī aqua  
is mihi dixit: super qué videris spi-  
ritum descendētem, & manentē  
super eū, hic est: q[uod] baptizat in spi-  
ritu sancto. Et ego vidi, & testimo-

C niūm perhibui: quia hic est filius  
dei. Altera die iteram stabat Ioā-  
nes, et ex discipulis ei⁹ duo: et ref-  
piciens I E S V M ambulantē, di-  
xit: Ecce agnus dei. Et audierūt eū  
duo discipuli loquentem: & secuti  
sunt I E S V M. Conuersus autem  
I E S V S, & vidēs eos sequētes se,  
dicit eis:

## CONCORDIA

dicit eis: quem queritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum Magister) ubi habitas? Dicit eis: venite, & videte. Venerunt, & viderunt ubi maneret: Et apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri, unus ex duobus qui audierat a Ioanne: et secuti fuerunt eum. Inuenit hic primum fratrem suum Simonem, & dixit ei: inuenim⁹ Messiam⁹ (quod est interpretatum CHRISTVS) Et adduxit eum ad IESVM. Intuit⁹ autem IESVS eum, dixit: tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas (quod interpretatur Petrus) Dicit in castinum voluit exire in Galileam, & inuenit Philippum, & dicit ei IESVS: sequere me. Erat autem Philipp⁹ a Berhsaida ciuitate  
Andrææ

## EVANGELISTARVM 22

D  
Andræx & Petri. Inuenit Philip-  
p<sup>o</sup> Nathanael, & dicit ei: quæ scrip-  
sit Moises in lege, & prophetæ, in  
uenimus I E S V M filiū Ioseph a  
Nazareth. Et dixit ei Nathanael:  
a Nazareth potest aliqd boni esse?  
dicit ei Philippus: veni, & vide. Vi-  
dit I E S V S Nathanael venientē  
ad se, et dicit de eo: Ecce vere Isra-  
elita, in quo dolus non est. dicit ei  
Nathanael: vnde me nosti? Respō-  
dit I E S V S & dixit ei: prius q̄z te  
Philippus vocaret, cum esses sub  
fatu, vidi te. Respōdit ei Nathana-  
el, et ait: Rabbi, tu es filius Dei: tu  
es rex Israel. Respōdit IESVS, &  
dixit ei: quia dixi tibi, vidi te sub  
fatu, credis: mai<sup>o</sup> his videbis. Et di-  
cit ei: Amen amen dico vobis, vi-  
debitis cælum apertū, & angelos  
Dei ascendentēs, & descendentes  
super

## CONCORDIA

super filium hominis. Et die tertia  
nuptiæ factæ sunt in Chana Gali-  
læ: & erat mater I E S V ibi: vo-  
catus est autem & I E S V S, & dis-  
cipuli eius ad nuptias. Et dñe  
vino, dicit mater I E S V ad eum:  
vinū non habent. Dicit ei IESVS:  
quid mihi, & tibi est mulier? nō dū  
venit hora mea. Dicit mater eius  
ministris: quodcumq; dixerit vo-  
bis, facite. Erat autem ibi lapideæ  
hidriæ sex positæ, secundum pu-  
rificationem Iudeorum, capientes  
singulæ, metretas binas, vel ter-  
nas. Dicit eis I E S V S: implete hi-  
drias aqua. Et impleuerunt eas us-  
que ad sumū. Et dicit eis I E S V S:  
haurite nunc, et ferte architrichi-  
no. Et tulerunt. Ut autem gustauit  
Architrichinus aquam vinū factā,  
& non sciebat unde esset, ministri  
autem

Io.  
et.  
A.

E V A N G E L I S T A R V M 23

autē scibant, qui hauserant aquā.  
Vocat spōsum Architriclinus, &  
dicit ei: omnis homo primum bo-  
num vinum ponit, & cū inebriati  
fuerint, tunc id quod deterius est:  
tu autem seruasti bonum vinum  
vsq; ad huc. Hoc fecit initium sig-  
norū I E S V S in Chana Galilææ:  
& manifestauit gloriam suam, &  
cridederunt in eum discipuli eius.

C A P V T . VI.

Io. 2.

et. 3.

A



Ost hec descendit Ca-  
pharnaum ipse, & ma-  
ter eius, & fratres ei⁹, &  
discipuli eius: & ibi mā-  
ferunt non multis diebus. Et pro-  
pe erat pascha Iudeorum: & ascē-  
dit I E S V S Hierosolimam: & in-  
uenit in templo vendētes oves, &  
boues, & colūbas: & numularios  
sedentes.

## CONCORDIA

sedentes. Et cum fecisset quasi flagellū de funiculis, omnes eiecit de templo: oves quoq; , & boues : & numulariorum effudit æs: & mensas subuertit: & his qui columbas vendebāt, dixit: auferte ista hinc: & nolite facere domū patris mei, domum negotiationis. Recordati sunt vero discipuli eius, quia scriptum est: zelus domus tuae comedit me. Responderunt ergo Iudei, & dixerunt ei: quod signum ostendis nobis, quia haec facis? Respondit IESVS, & dixit eis: soluite téplū hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerūt ergo Iudei: quadraginta et sex annis ædificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat à templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis, recordati

EVANGELISTARVM 24

cordati sunt discipuli ei<sup>o</sup>, quia hoc dicebat de templo corporis sui. Et crediderunt scripturæ, et sermoni quem dixit I E S V S. Cum autem B esset Hierosolimis, in pascha ī die festo, multi crediderunt in nomine eius: videntes signa eius, quæ faciebat. Ipse autem I E S V S nō credebat semetipsum eis, eo quod ipse nosset omnes: & quia opus ei nō erat, ut quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat, C quid esset in homine. Erat autem homo ex pharisæis Nicodein<sup>o</sup> nomine, princeps Iudeorum. Hic venit ad I E S V M nocte: & dixit ei, Rabbi, scimus quia a deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo. Respōdit IESVS, & dixit ei: amē amen dico tibi, nisi quis

## CONCORDIA

quiſ renatus fuerit denuo, nō po-  
teſt videre regnū dei. Dicit ad eū  
Nicodemus: quomodo po-  
teſt ho-  
mo naſci, cum ſit ſenex? nunquid  
po-  
teſt in vētrem matris ſuā itera-  
to introire, & renaſci? Respondit  
**I E S V S :** Amen amen dico tibi,  
niſi quiſ renatus fuerit ex aqua, &  
ſpiritu ſancto, non po-  
teſt introire  
in regnū dei. Quod natum eſt ex  
carne, caro eſt: & quod natum eſt  
ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Nō mireris,  
quia dixi tibi, oportet vos naſci de  
nuo: ſpirit⁹ vbi vul ſpirat, & vocē  
eius audis, ſed neſcis vnde veniat,  
aut quo vadat: ſic eſt, omnis q̄ nat⁹  
eſt ex ſpiritu. Respondit Nicode-  
mus, & dixit ei: quomodo poſſunt  
hec fieri? Respōdit **I E S V S**, & di-  
xit ei: tu es magiſter in Iſrael, &  
haec ignoras? Amen amē dico tibi  
quia

qa quod scim<sup>2</sup>, loquimur: & quod  
vidim<sup>2</sup>, testamur: & testimonium  
nostrum non accipitis. Si terrena  
dixi vobis, & nō creditis, quomo-  
do si dixerim vobis cælestia, crede-  
tis? & nemo ascendit in cœlum, ni-  
si qui descendit de cœlo: filius ho-  
**D**minis qui est in cœlo. Et sicut Moi-  
ses exaltavit serpentinam in deser-  
to, ita exaltari oportet filium ho-  
minis: ut omnis qui credit in ipso,  
non pereat: sed habeat vitā æter-  
nam. Sic enim deus dilexit mundū  
ut filium suum unigenitum daret:  
ut omnis qui credit in eum, nō pe-  
reat: sed habeat vitam æternam.  
Non enim misit deus filium suum  
in mundum, ut iudicet mundum:  
sed ut saluetur mūndus per ipsum.  
Qui credit in eum, non iudicatur:  
qui autem non credit, iā iudicatus

D est, quia

## CONCORDIA

est, quia non credit in nomine vni  
geniti filij dei. Hoc est autem iudi-  
cium: quia lux venit in mundum:  
& dilexerūt homines magis tene-  
bras, quam lucem: erāt enim eorū E  
mala opera. Omnis qui male agit,  
odit lucem: & non venit ad lucē,  
vt nō arguātur opera eius. Qui au-  
tem facit veritatem, venit ad lucē  
vt manifestentur opera eius, quia  
in deo sunt facta . Post hæc venit  
IES V S, & discipuli eius in Iudeā  
terram: & illic morabatur cū eis, F  
& baptizabat. Erat autem et Ioan-  
nes baptizans in cœnō , iuxta Sa-  
lim: quia aquæ multæ erāt illic: &  
veniebant, & baptizabantur . Nō  
dum enim missus fuerat Ioannes  
in carcerem. Facta est autem que-  
stio ex discipulis Ioannis cum Iu-  
deis, de purificatione. Et venerunt  
ad Ioan

## EVANGELISTARVM 26

ad Ioannem, & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanē, cui tu testimoniuū perhibuisti, Ecce hic baptizat: & omnes veniunt ad eum. Respondit Ioannes, & dixit: nō potest homo accipere quicquid, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, spōsus est: amicus autem sponsi, qui stat, & audit eū, gaudio gaudet propter vocem spōsi. Hoc ergo gaudiū meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui. Qui de sursum venit, super omnes est: qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de cœlo venit, super omnes est: & quod vidit, & audiuit, hoc testat: et testimoniuū

Dij

cīus ne

## CONCORDIA

ei⁹ nemo accipit: qui autē accep-  
perit ei⁹ testimoniu⁹, signauit: qā  
deus verax est. Quem enim misit  
deus, verba dei loquitur: nō enim  
ad mensuram dat deus spiritum.  
Pater diligit filium: & omnia de-  
dit in manu ei⁹. Qui credit in filiu⁹,  
habet vitam æternam: qui autem  
incredulus est filio, non videbit vi-  
tam: sed ira dei manet super eum.

## CAPVT. VII.

**H**erodes autē tetrarcha,  
cū corriperetur ab Ioā  
ne de omnibus malis, Mar.  
quę fecit Herodes, adie 2. & 6.  
cit & hoc super omnia, misit, ac te  
nuit Ioānem, & vinxit eum in car  
cerem: propter Herodiadem uxo  
rem Philippi fratrī sui, quia du-  
xerat eam. Dicebat enim Ioannes  
Herodi

Mat.

4 et, 9

& 14

Mar.

2. & 6

& 14

Lu. 4

& 4

et, 5

Io. 4

A

Herodi: non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem infidiabatur illi: et volebat occidere eum, nec poterat. Herodes enim metuebat Ioannem, ac timebat populum, quia sicut prophetam eum habebat: sciebatque eum virum iustum, & sanctum, & custodiebat eum: et auditio eo multa faciebat, & libenter eum audiebat. Ut ergo cognovit IESVS, quia audierunt pharisei, quod IESVS plures discipulos facit, & baptizat, quam Ioannes (quādque IESVS non baptizaret, sed discipuli eius) cumque audisset quod Ioannes traditus esset, reliquit Iudeā: et abiit in virtute spiritus iterum in Galilæam. Et fama exiit per vniuersam regionem de illo: & ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.

Dijj Et relictæ

## CONCORDIA

Et relicta ciuitate Nazareth , ve-  
nit , & habitauit i ciuitate Caphar  
naum maritima , in finibus Zabu-  
lo , & Neptalim : vt adimpleretur  
quod dictum est per Esaiam pro-  
phetam : terra Zabulon , & terra  
Neptalim , via maris trans Iorda-  
nem Galilææ getium : populus qui  
ambulabat in tenebris , vidi lucem  
magnum : & sedentib⁹ in regione  
vmbre mortis , lux orta est eis . Ex  
inde cœpit I E S V S prædicare euā  
gelium regni dei , & dicere : quoniā  
impletum est tempus , penitētiā  
agite , & credite euangelio : appro-  
pinquabit enim regnum celorum  
Factum est autem , cū turbæ irrue-  
rent in eum , vt audirent verbum  
dei , & ipse stabant secus stagnū Ge-  
nesareth : & vidi duas naues stan-  
tes secus stagnum . Piscatores autē  
descen

C

D

descenderant, & lauabant retia.  
Ascendēs autem in vnam nauim  
quæ erat Simonis, rogauit eum a  
terra recedere pusillum: & sedens  
docebat de nauicula turbas. Ut ces-  
sauit autē loqui, dixit ad Simonē:  
duc in altū, & laxate retia vestra  
in capturam. Et respondens Simō  
dixit illi: præceptor, per totam no-  
tēm laborantes nihil cāpimus: in  
verbo autem tuo laxabo rete. Et  
cum hoc fecissent, concluserūt pīf-  
cium multitudinē copiosam. Rū-  
pebatur autem rete eorum. Et an-  
nuerunt socijs, qui erant in alia na-  
ui, vt venirent: & adiuuarēt illos.  
Et venerunt, & impleuerunt am-  
bas nauiculas: ita vt pene merge-  
rētur. Quod cum vidit Simon, pro-  
cidit ad genua I E S V , dicen: exi-  
a me, quia homo peccator sum

D iiiij domine.

## CONCORDIA

domine, stupor enim circundederat illū, & omnes qui cū illo erāt, in captura pīscium quā cōoperant<sup>s</sup>. Similiter autem Iacobum, & Ioānem, filios Zebedæi: qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem I E S V S: noli timere, ex hoc iā homines eris capiens. & subductis a terra nauib<sup>o</sup>, secuti sunt eum. Ambulans autem I E S V S iuxta mare Galilææ, vidi duos fratres, Simonē qui vocatur Petrus, & Andrewam fratrem eius, mittentes rete in mare(erant enim pīscatores) & ait illis: venite post me, & faciam vos fieri pīscatores hominū. At illi continuo relictis retibus, secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidi alios duos fratres, Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicūm Zebedæo patre

patre eorum, reficientes, compo-  
nentesq; rētia sua. & statim vo-  
cauit illos. Et protinus relictis reti-  
bus, & patre in naui, cum merce-  
narijs, secuti sūt eū: & circumibat

F I E S V S totam Galilæam, docēs  
in synagogis eorum, & prædicans  
euangelium regni: & sanans om-  
nem languorem, & omnem in fir-  
mitatem ī populo. Et abijt opinio  
eius in totam Siriam: & obtulerūt  
ei omnes male habentes, varijs lá-  
guoribus, & tormentis comprehē-  
sos: & qui dæmonia habebant, &  
lunaticos, & paralyticos, & cura-  
uit eos: & secutæ sunt eum turbæ  
multæ de Galilæa, & Decapoli, et  
d Hierosolimis, & d Iudæa, & de  
träs Iordanē. Et preteriēs IESVS,  
vidit hominem publicanum, no-  
mine Leui Mathæum, sedētem ad  
telonium

## CONCORDIA

telonium, & ait illi: sequere me. &  
relictis omnibus , surgens secutus  
est eum. Et fecit ei conuiuiū mag-  
num Leui in domo sua. Et factum  
est discubente eo, mūlta turba pu-  
blicanorum, & aliorum peccato-  
rum, venientes discumbebant cū  
I E S V:& discipulis eius. Et vidē-  
tes pharisæi, & scribæ eorū , mur-  
murabant, dicentes ad discipulos  
eius: quare cum publicanis, & pec-  
catoribus manducat magister ve-  
ster:& manducatis, & bibitis ? At  
I E S V S audiens, respōdensq; ait  
ad illos: non est opus valētibus me  
dicūs: sed male habentib<sup>9</sup>. Euntes  
autē discite, quid est, misericordiā  
volo, & non sacrificium. Nō enim  
veni vocare iustos, sed peccatores  
ad penitentiam. Tunc accesserūt  
ad eum discipuli Ioannis ( erant  
enim

H

enim iejunātes) et dixerunt ei: quare nos, & pharisei iejunamus frequenter, discipuli autem tui non iejunāt? Similiter et pharisei dixerunt: quare discipuli Ioannis, & phariseorum iejunant frequēter, & obsecrations faciūt, tui autem edunt, & bibunt? Quibus ipse ait: nunquid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere iejunare? Aut possunt filij nuptiarū, quādiu cum illis est sponsus, iejunare, aut lugere? Venient autem dies, & cum auferetur ab eis sponsus, tūc iejunabunt. Dicebat autem & similitudinem ad illos: nemo assummentum panni rudis assuit vestimento veteri: tollit enim plenitudinem eius a vestimento, et maior peiorq; scisura fit: non enim veteri conuenit commissura a nouo.

Et nemo

## CONCORDIA

Et nemo mittit vinum nouum in  
vtres veteres: alioquin rumpit vi-  
num nouum vtres, & vinum effū-  
ditur, & vtres percunt. Sed vinum  
nouum in vtres nouos mittēdum  
est, & vtraq; conseruantur. Et ne-  
mo bibēs vetus, statim vult nouū,  
dicit enim: vetus melius est.

## CAPVT.VIII.

Cū mons di-  
vidatur si iu-  
gū, latera &  
radices, potu-  
it hic domi-  
ni sermo in  
vertice inci-  
pi, & iterua-  
lio factō, in a-  
liquo eiusdē  
montis cāpe  
stri loco vi-



Actum est  
autē in die-  
bus illis, vi-  
dēs IESVS  
turbas ascendit in mō  
tem orare: & erat per  
noctans in oratione  
dei. Et cum dies factus  
esset, vocauit ad se dis-  
cipulos suos, quos vo-  
luit ipse: & cum sedis-  
& elegit

Lv.  
6. &  
8. &  
12. &  
14.  
Mt.  
5. &  
10.  
Mk  
3. &  
4. &  
9.  
A

& elegit ex ipsis duodecim, quos & Apostolos nominauit: & fecit ut essent cum ipso, & ut mitteret eos predicare. Et dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejacerent eos: & curarent omnem infirmitatem, & omnem languorem. Duodecim autem apostolorum nomina sunt haec: primus Simon (quem cognominauit Petrus) & Andreas frater eius, & Iacobus & Ioannes filii Zebedaei, quibus impofuit nomina Boanerges, quod est filii tonitruis, Philippus, & Bartholomeus,

renti continuari: ac demum in cacumine finiri. Verum tam ex communione sancto rum placito, videtur dominus, bis has beatitudines ieculasse. Primus quidem discipulis sedes in monte, qui si perfectioribus, & ad superbia tendenteribus: deinde iterum mobilis plebi stans, velut mox transitus, atque in humili loco campe-

Lu.  
6. &  
8. &  
12. &  
S 14.  
ho Ma  
er 5. &  
10.  
ne Ma  
us 3. &  
lif 4. &  
O- 9.  
if- A  
um  
git

## CONCORDIA

stri:vt infir - tholomeus, Thomas,  
mis maleq; & Mathæus publica-  
sibi constan- n°, & Iacob° Alphæi,  
tibus. & Thadæus, qui & Iu



das Iacobi, & Simon B

Chanana°, qui & vocat Zelotes,  
& Iudas iscariotis, qui fuit prodi-  
tor, & tradidit eum. Et descendēs  
cum illis stetit in loco cāmpetri,  
& turba discipulorū eius, & multi  
tudo copiosa plæbis ab omni Iu-  
dæa, & Hierusalem, & maritima,  
& Tiri, & Sidonis, qui venerāt, vt  
audirent eum: & sanarentur a lan-  
guoribus suis: & qui vexabantur  
a spiritibus immundis, curabātur:  
& omnis turba quærebat eum tan-  
gere, quia virtus de illo exibat, &  
sanabat omnes. Et ipse eleuatis o-  
culis in discipulos suos, aperiēs os  
suam, docebat eos, dicens. Beati  
pauperes

## EVANGELISTARVM 32

pauperes spiritu , quoniam ipso-  
rum \* & \* vestrū est regnum cælo-  
rum. Beati imites, quoniā ipsi pos-  
sidebunt terram. Beati qui lugent  
\*& \* qui nunc fletis, quoniam ipsi  
consolabuntur \* et \* vos ridebitis.  
Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti-  
tiā \* & \* vos qui nunc esuritis, quo-  
niā ipsi satutabuntur, & vos sa-  
turabimini . Beati misericordes,  
quoniam ipsi misericordiam con-  
sequentur. Beati mīdo corde, quo-  
niā ipsi deum videbūt. Beati pa-  
cifici, quoniam filij dei vocabūtur.  
Beati qui perfēctionem patiūtur  
propter iustitiam, quoniam ipso-  
rū est regnum cælorū. Beati estis,  
cum oderint, & maledixerint vo-  
bis homines, & cum separauerint  
vos, & exprobrauerint, & perfe-  
cuti vos fuerint, et eiecerint nomē  
vestrum

## CONCORDIA

vestrum tanquam malum, & dixerint omne malum aduersum vos  
mentientes, propter me, filium hominis. Gaudete in illa die, & exultate: quoniam merces vestra, multa, & copiosa est in cælis. Sic enim persecuti sunt, & faciebant prophetis, qui fuerunt ante vos: patres corū. Verū tamē, vae vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Vae vobis cū benedixerint vobis omnes homines, secūdum hec enim faciebant pseudoprophetis, patres eorum. Vos estis sal terræ: quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihilū valet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Nam bonū est sal: sed si sal insulsū fuerit, in quo illud condicetis? Neq; in terram, neq; in sterquiliniū vtile est: sed foras mitetur.

EVANGELISTARVM. 33

tetur. Qui habet aures audiēdi, au-  
diat. Habete in vobis sal: & pacē  
habete inter vos. Vos estis lux mū

D di. Nō potest ciuitas abscondi fu-  
pra montē posita, neq; accendūt  
lucernam, & ponunt eam sub mo-  
dio, sed super candelabrum, vt lu-  
ceat omnib; qui in domo sunt: nū  
quid enī venit lucerna, vt sub mo-  
dio ponatur, aut sub lecto? Nonne  
vt super candelabru ponatur? Ne  
mo quippe lucernam accēdens,  
operit eam vase, aut subt<sup>o</sup> lectum  
ponit, sed supra cādelabru ponit,  
vt intrantes videant lumen. Non  
est enim aliquid absconditū, quod

E non cognoscatur, nec factum est  
occultum, quod non manifestetur  
& in palā veniat. Si quis habet au-  
res audiendi, audiat. Sic igitur lu-  
ceat lux vestra coram hominibus.

ANNO 1585

E      vt vide

## CONCORDIA

ut videant opera vestra bona : Et  
glorificet patrem vestrum , qui in  
cœlis est. Nolite putare, quoniam  
veni soluere legē aut prophētas :  
non veni soluere legem, sed adim  
plerē. Amē quippe dico vobis , do  
nec transeat cœlum, & terra, iota  
vnum, aut unus apex non præteri  
bit a lege : donec omnia fiant. Qui  
ergo soluerit vnum de mādatis if-  
tis minimis, & docuerit sic homi-  
nes, minimus vocabitur in regno  
cœlorum: qui autem fecerit, et do-  
cuerit, hic magn⁹ vocabitur in regno  
cœlorum. Dico autem vobis,  
quia nisi abundauerit iustitia ve-  
stra plus quam scribarum, & pha-  
riseorum, non intrabitis in regnū  
cœlorum . Auditis quia dictum  
est antiquis, non occides: qui autē  
occiderit, reus erit Iudicio . Ego  
autem

autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autē dixerit fratri suo Racha, re⁹ erit cōcilio: q̄ autē dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniēs offer munus tuum. Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem, esto consentiens aduersario tuo cito, dum es in via cum eo, & da operā liberari ab illo: ne forte trahat te ad iudicē, & iudex tradat te ministro exactori, & exactor mittat te in carcerem: amen dico tibi, non exies inde: donec etiam nouissimū minutū quadratē reddas. Audistis

Eij quia


## CONCORDIA

quia dictum est antiquis, non mœ  
chaberis. Ego autem dico vobis,  
quia omnis qui viderit mulierem  
ad concupiscendum eam, iam mœ  
chat<sup>o</sup> est eam in corde suo. Quod  
si oculus tuus dexter scandalizat  
te, erue eum, et proijce abs te: ex-  
pedit enim tibi, ut pereat vnū mé-  
brorum tuorum, quam totum cor-  
pus tuum mittatur in gehénam ig-  
nis. Et si dextra manus tua scanda-  
lizat te, absconde eā, & proijce abs  
te: expedit enim tibi, ut pereat vnū  
membrorum tuorum, quam totū  
corpus tuum eat in gehennam. Di-  
ctum est autem, quicumqz dimise-  
rit vxorem suā, det ei libellum re-  
pudij: Ego autem dico vobis, quia  
omnis qui dimiserit vxorem suam  
excepta fornicationis causa, facit  
eam mœchari: & qui dimissam du-  
xerit,

xerit, adulterat. Iterū, audistis quā  
dictū est antiquis, non

I peierabis, reddes autē  
domino iuramēta tua  
ego autem dico vobis  
nō iurare omnino, ne  
quā per cœlū, quia thronus  
dei est: nec per terram, quia scabellum  
est pedū eius: nec per Hierosolymam, quia  
ciuitas est magni regis  
neque per caput tuū iuraueris, quia nō potes  
vnum capillum albū  
facere, aut nigrum. Sit  
autem sermo vester,  
est, est: non, nō. Quod  
autem his abundantius  
est, a malo est. Audistis  
quia dictū est, ocu-

E iiiij lum, pro

  
Augustinus  
cōtra Faustū  
manicheum,  
libro. 19. ca.  
23. item quia  
peierare gra  
ue peccatū  
est, non iura  
re autē, sicut  
verum iurare,  
nullū pec  
catū est: sed  
lōgius remo  
tus est a falsū  
iurando qui  
nec iurare  
consuevit,  
quā qui verū  
iurare procli  
uis est: malū  
it nos dñs,

## CONCORDIA

nō iurantes  
nō recedere  
a vero, quam  
verum iurā-  
tes propīqua-  
re periurio.  
Itaq; & apo-  
stolus in ser-  
mōib⁹, quos  
habuissé nar-  
ratur, nūquā  
iurauit: ne iu-  
rādi cōsuetu-  
dine, aliquan-  
do, vel nesci⁹  
in periuriū  
laberetur: in  
scripturis au-  
tē vbi est cō-  
sideratio ma-  
ior, pluribus  
locis iurasce-  
riuenitur, ne  
quisquā pu-

lum, pro oculo: & den-  
tem, pro dente: ego au-  
tem dico vobis non re-  
sistere malo, sed si q̄s  
te percudit in dexterā  
maxillam tuam, præ-  
be illi & alteram. Et  
ei qui vult tecum in iu-  
dicio contendere, au-  
fertq; tibi vestimentū  
& tunicā tollit, dimit-  
te ei & pallium: & qui  
cūq; angariauerit te  
mille passus, vade cū  
illo & alia duo. Omni  
autem petenti a te tri-  
bue, & volenti mutua-  
re a te, ne auertaris: &  
q̄ aufer quę tua sūt, ne  
repetas. Audistis quia  
dictum est, diliges pro L  
ximum

## EVANGELISTARVM 36

ximum tuum, & odio taret verū iu  
habebis inimicū tuū: rādo peccari  
ego autem dico vobis sed potius in  
diligite inimicos ves telligeret, hu  
tros: benefacite his q manē fragili  
oderunt vos: & orate tatis corda,  
pro persequentibus et nō iurando,  
calumniantibus vos, tutius a peri  
ut sitis filij patris ves uari.



super bonos, & malos: & pluit su  
per iustos, & iniustos. Benefacite  
& mutuum date, nihil inde sperá  
tes: & erit merces vestra multa: &  
eritis filij altissimi: quia ipse benig  
nus est super ingratos & malos. Si  
enim diligitis eos, qui vos diligūt,  
quæ vobis est gratia: aut quā mer  
cedem habebitis? Nōne publicani  
& peccatores hoc faciunt? & si

E iiiij mutuū

## CONCORDIA

mutuum dederitis his, a quibus speratis recipere, quae gratia est vobis? Nam et peccatores peccatoribus fœnerantur: ut recipiat æqualia. Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius facitis? Nonne et ethnici hoc faciunt? Es tote ergo vos misericordes, & perfecti: sicut & pater vester cœlestis misericors, & perfectus est.

## CAPVT. IX.

T factum est, cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit unus ex discipulis eius ad eum: domine doce nos orare: sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis: alioquin mercedem



Luc

6. &

II. &

12. &

16.

Mat.

6. &

7.

Mat.

1. &

& II.

A cedem non habebitis apud patrē  
vestrum, qui in cœlis est. Cum er  
go facis eleemosynā, noli tuba ca  
nere ante te: sicut hypocritæ faci  
unt in synagogis, & in vicis, vt ho  
norificentur ab hominibus: amen  
dico vobis, receperunt mercedem  
suam. Te autem faciente eleemo  
synā, nesciat sinistra tua, quid faci  
at dextera tua: vt sit eleemosyna  
tua in abscondito, & pater tuus, q  
videt in abscondito, reddet tibi.

B Et cum oratis, nō eritis sicut hypocri  
tæ, qui amāt in synagogis & in an  
gulis platearum stantes orare, vt  
videantur ab hominibus: amen di  
co vobis, receperūt mercedē suā.  
Tu autem cum oraueris, intra in  
cubiculum tuum, & clauso ostio,  
ora patrem tuum in abscondito:  
& pater tuus, qui videt in abscon  
ditō, rc

## CONCORDIA

dito, reddet tibi. Orātes autem no-  
lite multum loqui, sicut ethnici fa-  
ciunt: putant enim, quod in multi-  
loquio suo exaudiantur. Nolite er-  
go assimilari eis, scit enī pater ve-  
ster, quid opus sit vobis: ante quā  
petatis eum. Sic ergo vos cum ora-  
tis, dicite: Pater noster qui es ī cœ-  
lis, sanctificetur nomen tuum: ad  
ueniat regnum tuum: fiat volūtas  
tua, sicut in cœlo, & in terra: panē  
nostrum quotidianū supersubstā-  
tialē da nobis hodie: et dimitte no-  
bis ḥbita nostra, sicut & nos dimit-  
timus debitoribus nostris: & ne-  
nos inducas in temptationem, sed li-  
bera nos a malo amē. Et cum sta-  
bitis ad orādum, dimitte, si quid  
habetis aduersus aliquem: vt et pa-  
ter vester qui in cœlis est, dimitat  
vobis peccata vestra. Si enī dimi-  
seritis

## EVANGELISTARVM 38

seritis hominibus peccata eorum,  
dimittet vobis pater vester cœlestis  
delicta vestra: si autem non di-  
miseritis hominibus, nec pater ve-  
ster dimittet vobis peccata vestra

- D Cū autē iejunatis, nolite fieri sicut  
hypocritæ tristes: exterminat enī  
facies suas, vt appareat hominib⁹  
ieiunantes: amen dico vobis, quia  
recepérunt mercedem suam. Tu  
autem cū iejunas, vnge caput tuū,  
& faciem tuā laua: ne videaris ho-  
minibus iejunās, sed patri tuo qui  
est in absconso: & pater tuus, qui  
videt in absconso, reddet tibi. No-  
lite thesaurizare vobis thesauros  
in terra, vbi ærugo & tinea demo-  
litur: & vbi fures effodiunt, & fu-  
rantur: Thesaurizate autem vo-  
bis thesauros ī cœlo, vbi neq; æru-  
go, nec tinea demolit: & vbi fures  
non effo

## CONCORDIA

non effodiunt, nec furantur. Noli te timere pusillus grex, quiā cōplacuit patri vestro dare vobis regnū vēdite quæ posidetis, & date elemosynā, facite vobis facculos, qui non veterascunt: thesaurum non deficientem in cœlis, quō fur non appropriat, nec tinea corrūpit: ubi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Nemo lucernam accendit, et in abscondito ponit, neq; sub modio, sed supra candelabrum: ut qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui est ocul⁹ tu⁹ si oculus tuus fuerit simplex, totū corp⁹ tuum lucidum erit: si autem oculus tuus fuerit nequam, etiam totum corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint: si enim lumē, quod in te est, tenebræ sunt, ipsæ tenebræ

tenebrę quātæ erūt? Si ergo corp<sup>o</sup>  
tuū totum lucidū fuerit, nō habēs  
aliquam partem tenebrarum, erit  
lucidum totū: & sicut lucerna ful-  
goris illuminabit te. Nemo seruus

F potest duob<sup>o</sup> dominis seruire: aut  
enium vnum odio habebit, & alte-  
rum diligit: aut vnum sustinebit,  
illiq<sup>z</sup> adherebit, & alterū cōtēnet.  
Non potestis deo seruire, & Mā-  
monæ. Ideo dico vobis: ne soli-  
citi sitis animæ vestræ, quid man-  
ducetis, necq<sup>z</sup> corpori vestro, quid  
induamini. Nōne anima plus est  
quam esca, & corpus plus quā ve-  
stimentum? Respicite volatilia cœ-  
li, quæ nō serūt, necq<sup>z</sup> metunt, necq<sup>z</sup>  
congregant in horrea: et pater ve-  
ster cœlestis pascit illa. Considera  
te coruos, quia non semināt, necq<sup>z</sup>  
metunt, quibus nō est cellarium,  
necq<sup>z</sup> horr

## CONCORDIA

neq; horreum, & de<sup>o</sup> pascit illos:  
quanto magis vos pluris estis il-  
lis? Quis enim vestrum cogitando  
potest adiucere ad staturam suam  
cubitum vnum? Si ergo neq; quod  
minimum est potestis, quid de cæ-  
teris solliciti estis? Considerate lilia  
agri, quomodo crescunt: non labo-  
rant, neq; nent: dico autem vobis,  
quoniā nec Salomon, in omni glo-  
ria sua, vestiebatur sicut vnum ex  
istis. Si autem fœnum, quod hodie  
est in agro, & cras in clibanū mit-  
titur, deus sic vestit, quanto magis  
vos pusilliæ fidei? Nolite ergo soli-  
citi esse, dicentes: quid manducabi-  
mus, aut quid bibemus, aut quo o-  
periemur? Et nolite in sublime tol-  
li: hæc enim omnia gentes mundi  
inquirunt. Scit enim pater vester,  
quia his omnib<sup>o</sup> indigetis: quærite  
ergo pri-

EVANGELISTARVM 40

ergo primum regnum dei, & iusticiam eius, & hec omnia adiici-  
entur vobis. Nolite ergo solliciti  
esse in crastinum: crastinus enim  
dies sollicitus erit sibi ipsi: sufficit  
diei malitia sua. Nolite iudicare,  
**G** & non iudicabimini: nolite con-  
demnare, & non condemnabi-  
mini: in quo enim iudicio iudica-  
ueritis, iudicabimini. Dimitte,  
& dimittemini: date, & dabitur  
vobis: mensuram bonam, & con-  
fertam, & coagitatam, & super-  
efluentem, dabunt in sinum ve-  
strum. Eadem quippe mensura,  
qua mensi fueritis, remetietur vo-  
bis: & adiicitur vobis. Dicebat  
autem illis & similitudinem. Nun  
quid potest cæcus, cæcum ducere?  
Nonne ambo in foueam cadunt?  
Quid autem vides festucam ī oculo  
fratris

## CONCORDIA

fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est, non consideras? Aut quomodo potes dicere fratri tuo, frater, sine ejciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo, & non vides? Hypocrita, ejce primum trabem de oculo tuo, & tūc perspicies, ut educas festucam de oculo fratris tui. Nolite sanctū dare canibus: neq; mittatis margas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis: & canes conuersi disrumpant vos. Petite, & dabitur vobis: querite, & invenietis: pulsate, & aperiet vobis: omnis enim qui petit, accipit, & q; querit, inuenit: & pulsanti, aperietur. Et ait ad illos: quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, et dicet illi: amice, cōmoda mihi tres panes, quoniā amicus meus

H

## EVANGELISTARVM 41

meus venit de via ad me, & nō ha-  
beo, quod ponam āte illum: & ille  
de intus respondens dicat: noli mihi  
molestus esse, iam ostium clau-  
sum est, & pueri mei mecum sunt  
in cubili: nō possum surgere, & da-  
re tibi. Et si ille pseuerauerit pul-  
fans, dico vobis, & si non dabit illi  
surgens, eo quod amicus eius sit,  
propter improbitatem tamen eius  
surget: et dabit illi quotquot ha-  
bet necessarios. Aut quis est ex vo-  
bis homo, quē si petierit filius suus  
panem, nūquid lapidem porriget  
ei? Aut si pisces petierit, nunquid  
serpentem porriget ei? Quis enim  
ex vobis, patrem petit panem: nū-  
quid lapidem dabit illi? Aut pisce,  
nunquid pro pisce, serpentem da-  
bit illi? Aut si petierit ouū, nūquid  
porriget illi scorpionem? Si ergo

F

vos cum

## CONCORDIA

vos cum sitis mali; nostis bona da-  
ta dare filijs vestris; quanto magis  
pater vester cœlestis dabit de cœ-  
lo bona, & spiritum bonum pe-  
tentib<sup>z</sup> se omnia ergo quæcumq<sup>b</sup>  
vultis, ut faciant vobis homines, et  
vos facite illis similliter. Hæc est  
enim lex, & prophetæ. Ait autem  
illi quidam: domine, si pauci sunt  
qui saluantur? Ipse autem dixit ad  
illos: contendite intrare per angu-  
stam portā: quia lata porta, & spa-  
ciosa via est, quæ ducit ad perditio-  
nem: & multi sunt qui intrat per  
eam. Quā angusta porta, & arcta,  
via est, quæ ducit ad vitam, & pau-  
ci sunt qui inueniunt eā: quia mul-  
ti, dico vobis, querēt intrare: & nō  
poterunt. Attēdite a falsis prophe-  
tis, qui veniunt ad vos in vestimenten.  
L  
tis ouium, intrusus autem sunt  
lupi ra

## EVANGELISTARVM 42

lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Omnis enim arbor bona, bonos fructus facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest autem arbor bona, malos fructus facere: nec arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur: & in igne mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos: una quaeque enim arbor, de fructu suo cognoscitur: nec enim de spinis colligunt fucus, nec de rubo vindemiant vuam. Non omnis qui dicit mihi domine, dominus, intrabit in regnum coelorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in coelis est: ipse intrabit in regnum coelorum. Multi dicent mihi in illa die domine, domine,

M

zillill

Fij

nonne

## CONCORDIA

nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecamus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tūc confitebor illis, quia nunquam noui vos. Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatē. Quid enim vocatis me domine, domine, & nō facitis quæ dico? Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, ostendam vobis cui similis sit: assimilabitur viro sapienti, ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fūda mentum supra petram: & descendit pluuiā, & venerunt flumina, et flauerunt vēti, inundationeq; facta irruerunt in domum illam & non cecidit: nec flumen illisum domui illi potuit eā mouere: fundata enī erat supra petrā. Et omnis qui audit verba mea hæc, & nō facit ea: similis

similis erit viro stulto, qui ædificauit domum suam super harenam, aut supra terram sine fundamento, & descendit pluuiia, & venerūt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & continuo cecidit: & facta est runna domus illi magna. Et factum est, cū consumasset IESVS verba hæc, admirabantur, & stupebant turbæ super doctrinam eius: erat enim docens sicut potestatem habes: & non sicut scribæ eorum, et pharisei.

## CAPVT. X.

Lu. 4.

et. 5.

&amp;. 7.

&amp;. 8.

&amp;. 9.

Mat.

8. veniens, &amp; genuflexo procidens

OMNISI

F uj in faciem



## CONCORDIA

In faciem suam, rogauit eū , dicēs:  
domine, si vis, potes me mundare.  
**I E S V S** autem misertus est eius:  
& extendens manum, tetigit eum  
dicēs : volo: mundare. Et cōfestim  
cum dixisset, mūdata est lepra ei<sup>o</sup>:  
discēsitq<sup>z</sup> ab illo. Et ipse commi-  
natus ei, statim eiecit eum: præce-  
pitq<sup>z</sup> illi: vide nemini dixeris: sed  
vade, ostende te principi sacerdo-  
tum; et offer mun<sup>r</sup> tuum pro emū-  
datione tua: sicut præcepit Moyses  
in testimonium illis. Et eggreditus,  
cepit prædicare , & diffamare ser-  
monem: ita vt iam non posset ma-  
nifeste introire in ciuitatē, sed se-  
cedens, foris in desertis locis esset  
orans. Et conueniebat ad eum vn-  
dig<sup>z</sup> turbæ multæ, vt audirent eū,  
& curarentur ab infirmitatibus  
suis: perambulabat enim magis

Mar.  
1. & 4  
et, 5  
**A**

**B**

sermo

## EVANGELISTARVM 44

sermo de illo. Cum autem introiisset Capharnaum, centurionis cuiusdam seruus male habens, erat moriturus, qui illi erat preiosus. Et cum audisset de IESV, misit ad eum seniores iudeorum, rogans eum, ut veniret, & saluaret seruum eius. At illi cum venissent ad IESVM, rogabant eum solicite, dicentes ei: quia dignus es, ut hoc illi praestes. diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse aedificauit nobis. IESVS autem ibat cum illis. Et cum iam non longe esset a domo, misit ad eum Centurio amicos dicentes: domine noli vexari, non enim sum dignus, ut sub tectu meum intres propter quod: et me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te: sed die verbo, et sanabitur puer meus. Tunc accessit ad eum centurio.

F*iiiij*      rogans

Mar.  
1. & 4  
et, 5  
A.

B

## CONCORDIA

Post missos rogans ac dicens : do-  
mine, puer meus iacet  
ad IESVM ī domo paralyticus, et  
pro sua reue male torquetur. Et ait  
rētia, amicos illi I E S V S : ego ve-  
& seniores: niam, & curabo eum.  
tunc et ipse Centurio ad Et respondens centu-  
est. rio ait: Domine nō sū

dignus, ut intres sub  
tectum meum: sed tantum dic ver-  
bo, & sanabitur puer me⁹ : nam et  
ego homo sum sub potestate con-  
stitutus, habens sub me milites, &  
dico huic, vade, & vadit: & alij ve-  
ni, & venit: & seruo meo, fac hoc:  
et facit. Quo audito, I E S V S mi-  
ratus est: & conuersus sequentib⁹  
se turbis dixit: amē dico vobis, nec  
in Israel tātā fidē inueni. Dico au-  
tem vobis, quod multi ab oriente,  
& occidente, veniēt, & recumbēt  
cum

## EVANGELISTARVM 45

cum Abraham, & Isaac, & Iacob  
in regno cœlorum: filij autem reg-  
ni ejcentur in tenebras exterio-  
res: ibi erit fletus, & stridor dentiū  
Et dixit I E S V S. Centurioni: va-  
de, & sicut credidisti fiat tibi. Et sa-  
nat⁹ est puer ex illa hora. Et reuer-  
si qui missi fuerant domum: in ve-  
nerunt seruum, qui languerat, sa-  
num. Et statim sabbatis ingressus  
in synagogā docebat illos, & stu-  
pebat super doctrina eius. Et erat  
in synagoga eorum homo habens  
spiritum dæmonium immundum  
& ex clamauit voce magna dicēs:  
sine, quid nobis, & tibi I E S V na-  
zarene? venisti ante tempus perde-  
re nos? Scio te quis sis, sacerd⁹ dei. Et  
increpauit illum, cōminatusq; est  
ei I E S V S dicens: obmutesce,  
& exi de homine. Et discerpens eū  
spiritus

## CONCORDIA

spiritus immundus , & proijciens  
illum in medium, exclamans voce  
magna, exiit ab eo, et nihil illi no-  
cuit. Et mirati sunt: & factus est pa-  
uor in omnibus . Et conquirentes  
inter se, colloquebantur ad inui-  
cem, dicentes: quod est hoc verbū?  
Quæ nā doctrina hæc noua? quia  
in potestate , & virtute spiritibus  
immundis imperat, & obediunt ei  
& exeunt. Et diuulgabatur fama  
de illo in omne in locum regionis. D  
Surgens autem I E S V S de syna-  
goga, protinus egrediētes, venerūt  
in domum Simonis, et Andreæ, cū  
Iacobo, & Ioanne . Recumbebat  
autem socrus Simonis, & teneba-  
tur magnis febribus. Et statim dicūt  
ei de illa, rogaueruntq; pro ea. Et  
accedens stetit super illā, et appre-  
henſa manu eius, cleuans eā, impe-  
rauit

## EVANGELISTARVM 46

ravit febri , & continuo dimisit  
illā,& surgens , ministrabat eis .  
Vespere autem facto,cum occidi-  
fset sol,afferebant ad eum omnes  
male habētes, & obtulerūt ei mul-  
tos dæmonia habentes:& erat om-  
nis ciuitas congregata ad ianuam  
& ejiciebat dæmonia multa ver-  
bo:& nō sinebat ea loqui , quoniā  
sciebant eum : & curauit multis ,  
qui vexabantur varijs languorib⁹  
et omnes male habētes:vt adīple  
ref quod dictū est per Efaiam pro-  
phetā,dicētē:ipſe infirmitates no-  
ſtras accepit , & agrotationes no-  
ſtras portauit . Et diluculo valde  
surgens , egressus abiit in desertū  
locū,ibiq; orabat . Et prosecut⁹ est  
eum Simon , & qui cum illo erant  
Et cum inuenissent eum , dixerunt  
ei:quia ōnēs querunt te . Et ait illis:

## CONCORDIA

camus in proximos vicos & ciuitates, ut et ibi prædicem: ad hoc enim veni. Et erat prædicans in synagogis eorū, et in omni Galilæa: & demonia ejiciens. Et factum est deinceps, ibat I E S V S in ciuitatē quæ vocatur Naim, & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ: & hæc vidua erat, & turba ciuitatis multa cum illa. Quam cū vidisset dominus, misericordia mot⁹ super eā, dixit illi: noli flere. Et accessit & tetigit loculū. Hi autem qui portabant, steterūt. Et ait: adolescens, tibi dico surge, & resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illum matri suæ. Accepit autē omnes timor, & magnificabant deū, dicentes

F  
EVANGELISTARVM. 47

dicentes; quia propheta magnus surrexit in nobis:& quia deus visitauit plæbē suam. Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam d' eo,& in omnem circa regionem. Vidēs autem I E S V S turbas multas circum se, iussit discipulos ire transfretum. Factum est autem ambulātibus illis in via, accedens quidam scriba, ait illi: magister, sequar te quocūq; ieris. Et dicit ei I E S V S: vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos; filius autem hominis nō habet, vbi caput suum reclinet Ait autem ad alterum ex discipulis eius: sequere me. Ille autē dixit: E domine, permitte mihi primū ire, & sepelire patrem meum. Dixitq; ei I E S V S: dimitte mortuos, sepelire mortuos suos, tu autem vade, & anūcia regnum dei. Et ait alter: sequar

## CONCORDIA

sequar te domine, sed permitte mihi primum renunciare his qui domi sunt. Ait ad illum I E S V S : ne mo mittens manum suam ad aratrum, et respiciens retro, aptus est regno dei. Factum est autem in illa die, cum sero esset factum, & ipse ascendit in nauiculam, eoq; ascende dente, secuti sunt eum discipuli eius, & ait ad illos: transeamus contra, & transseremus trans stagnum. Et dimittentes turbam, ascenderunt, et assummūt eum, ita ut erat in naui. Et aliæ naues erant cum illo. Et nauigantibus illis, erat ipse in puppi super ceruical dormiens. & ecce motus magnus factus est in mari, & descendit procella magna venti in stagnum, & fluctus mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis, & compellebantur, & periclitabantur.

## EVANGELISTARVM 48

clitabantur, & accesserunt ad eum  
discipuli eius, & suscitauerunt eū  
dicētes: magister nō ad te pertinet  
quia perimus? Salua nos. Et exur-  
gens cōminatus est vento, & tem-  
pestati aqua, & increpās, dixit ma-  
ri: tace, obniutesce. Et cessauit ven-  
tus: & facta est tranquillitas mag-  
na. Et ait illis: vbi est fides vestra?  
Quid timidi estis? Nedūm habetis  
fidem? Porro homines mirati sūt,  
& timuerūt timore magno, & di-  
cebāt ad alterutrum: qui spatas est  
iste, quia ventis et mari imperat, et  
obediunt ei? Et cū venisset IESVS  
nauigans trās fretum maris, in re-  
gionem gergesenorū, quæ est con-  
tra Galilæam, cuīque de naui eg-  
resus esset ad terram, occurserūt  
ei duo habentes dæmonia, de mo-  
numentis excuntes, sāci nimis: ita

vt nemo

## CONCORDIA

ut nemo posset transire per viam  
illam \*at vnuſ illorum\* homo in  
ſpiritu immundo iam temporibus  
multis, qui veſtimento non indue  
batur, neq; in domo manebat, ſed  
domiciliū habebat in monumētis  
& neq; catenis iā quisquā poterat  
eū ligare: quoniā ſæpe cuſtoditus,  
cōpedib<sup>o</sup> & catenis vinct<sup>o</sup>, dirupiſ  
ſet catenas, & compedes commi  
nuſſet, & nemo poterat eū doma  
re, & ſemper die acnocte in monu  
mentis ac montibus erat, clamans  
& concidens ſe lapidib<sup>o</sup>: is ut vidit  
alonge I E S V M, currens ſtatim  
occurrit ei, & procidit ante illum  
adorans, & exclamans voce mag  
na dixit: qd mihi et tibi eſt I E S V  
fili dei altissimi, venisti huc ate  
pus torquere nos? obſecrote, et ad  
iuro per deum, ne me torqueas.

Præcipie

## EVANGELISTARVM 49

Præcipiebat enim spiritui immuno-  
do, vt exiret ab homine, dicens: exi  
spiritus immunde ab homine isto.  
Multis enim temporibus arripie-  
bat illum, et agebatur a demonio  
in deserta. Interrogauit autem  
illum IESVS dicens: quod ti-  
bi nomen est? Et dicit ei: Legio,  
quia multi sumus. Intrauerat enim  
dæmonia multa in eum. Et dæ-  
mones deprecabantur eum mul-  
tum ne se expelleret extra regio-  
nem: aut imperaret illis, vt in a-  
byssum irent. Erat autem ibi cir-  
ca montem grex porcorum mag-  
nus, pascens in agro montis, et ro-  
gabant eum dicentes: si ejcias nos  
hinc, mitte nos in gregem porco-  
rum, vt in eos introeamus. Et con-  
cessit eis statim IESVS dicens:  
ite. Et exeuntes spiritus immundi,

G. intro

## CONCORDIA

introierunt in porco , & ecce ma-  
gno impetu, abiit totus grex por-  
corū per præcepis in mare ad duo  
millia, & suffocati sunt in stagnū.  
Quod ut viderunt factum, qui pas-  
cebant pastores, fugerunt, & nun-  
ciauerunt hæc omnia in ciuitatē,  
& in villas, et in agros: et de ijs, qui  
dæmonia habuerant. Et ecce tota  
ciuitas exiit obuiam I E S V , & vt  
videret quid esset factū: & venerūt  
ad I E S V M . Et vident illum, qui  
a dæmonio vexabatur, & a quo  
multa dæmonia exierant sedētē,  
vestitum, & sanæ mentis ad pedes  
I E S V : & timuerunt. Narrauerūt  
autem illis, et qui viderant, quali-  
ter factū esset ei, qui dæmonium  
habuerat: & quomodo sanus esset  
a legione: & de porcis. Et viso eo,  
rogauerunt illum omnis multitu-  
do Ger

M:

9

Ma-

2. &

# EVANGELISTARVM 30

dō Gergesenorum, vt transiret a  
finibus eorum, & discederet ab ip  
sis: quia magno timore tenebātur.  
Ipse autē ascendens nauim reuer  
sus est. Cœpit autem illum depre  
cari vir, a quo dœmonia exierant,  
vt esset cum illo: & nō admisit eū  
IESVS. Sed ait illi: vade ī domū  
tuam ad tuos, & anuntia illis, quā  
ta tibi dominus fecerit: & misere  
rit tui. Et abiit, & cœpit prædicare  
in Decapoli, & per vniuersam ci  
uitatē: quanta sibi fecisset IESVS.  
Et omnes mirabantur.

## CAPVT.XI.

T ascēdens IESVS in  
nauiculam transffreta  
uit: & iterum post dies  
octo venit in ciuitatem  
suam Capharnaū. Et factum est

Gij in vna

Mat,

9.

Mar.

2. & 5.



## M CONCORDIA

in una dierum, & ipse sedebat docens. Et erant pharisæi sedentes et legis doctores, qui venerat ex omni castello Galilææ, & Iudææ, & Hierusalem: & virtus domini erat ad sanandum eos. Et auditum est quod in domo esset, & cōuenerūt multi, ita ut non caperet neq; ad Ianuam, & loquebatur eis verbū. Et ecce viri portates in lectulo hominē qui erat paralytic<sup>o</sup>, et a qua tuor portabatur, & querebant eū inferre, & ponere ante eū, & non inuenientes qua parte illum inferrant præ turba, ascēderunt supra tectum, nudaueruntq; illud ubi erant: & patefacentes, per tegulas submiserunt eum in medium ante I E S V M, cum grabato in quo paralytic<sup>o</sup> iacebat. Quorū fidem vt vidi, ait paralytico: homo cōfide, fili,

Lu. 5  
&c. 8.  
A.

## EVANGELISTARVM 51

de, fili remittitur tibi peccata tua.  
Et coeperunt cogitare quidam de  
scribis & legis doctorib<sup>o</sup> illic sedē  
tib<sup>o</sup>, & dicere in cordib<sup>o</sup> suis: quid  
hic loqtur? Hic blasphemat. Quis  
potest dimittere peccata nisi solus  
de<sup>o</sup>? Quis est hic qui loquitur bla-  
phemias? Quo statim cognito I E-  
S V S spiritu suo, quia sic cogita-  
rent intra se, dixit ad illos: vt quid  
ista cogitatis mala in cordib<sup>o</sup> ves-  
tris? Quid est facili<sup>o</sup> dicere paraly-  
tico, dimittunt tibi peccata tua, an  
dicere: surge, tolle grabatū tuū &  
ambula? Vt autē sciatis quia filius  
hominis habet potestatē in terra  
dimittendi peccata, tūc ait paraly-  
tico: tibi dico surge, tolle grabatū  
tuū, & vade in domum tuam. Et  
statim surrexit ille, & sublato gra-  
bato ī quo iacebat, abiit inde corā

casb

G iij omnibus

## CONCORDIA

omnibus in domū suā, magnificás  
deum. Vidétes autē turbæ, repleti  
sunt timore, & magnificabát deū  
& stupor apprehendit omnes, di-  
centes:quia vidimus mirabilia ho-  
die:nunquam sic vidimus. Et glo-  
rificauerunt deum : qui dedit potē  
statem talē hominibus . Factū est  
autē,cum I E S V S effet circa mā-  
re,conuenit turba, & excepit illū:  
erant autem omnes expectantes  
eum . Et ecce venit vir quidam de  
archisynagogis,cui nomen Iair<sup>o</sup>.  
Et videns eum,procidit ad pedes  
eius adorás, & deprecabatur eum  
multum dicés : quoniam filia mea  
in extremis est \* vel \* modo de-  
functa:veni,intra in domū meam,  
et impone manum tuam super eā,  
vt salua sit:& viuat. Erat autē pue-  
lla vnica ei filia, ferme annorum

zudimmo

III

duo

## EVANGELISTARVM 52

duodecim, quæ et moriebatur. Et  
sequebatur cum I E S V S. Et con-  
tigit dum cum illo iret, et discipuli  
eius, sequebatur cum turba multa  
& comprimebant eū. Et ecce mu-  
lier, quæ sanguinis fluxum patie-  
batur annis duodecim, & fuerat  
multa perpesta a compluribus me-  
dicis, & erogauerat omné substá-  
tiā suā in eos, nec ab yllo po-  
tuit curari, sed neq; quicq; pro-  
ficerat, sed magis deterius habe-  
bat, cum audisset de I E S V , venit  
in turba, & accessit retro, & teti-  
git fimbriam vestimenti eius: dice-  
bat enim intra se: si tetigero tantū  
vestimentum eius, salua ero. Et cō-  
festim siccatus est fons sanguinis  
eius, & sensit corpore, quia sanata  
esset a plaga. Et statim I E S V S in  
semetipso cognoscens virtutem,

G iiii      quæ

## CONCORDIA

quæ exierat de illo, conuersus ad turbam aiebat: quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petr<sup>o</sup>, & discipuli eius qui cū illo erāt: præceptor vides, quia turba te comprimunt et affligunt, & dicis: quis me tetigit? & dixit I E S V S: tetigit me aliquis: nā et ego noui virtutem de me exiisse. Et cūspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Videns autē mulier quia nō latuit, timens & tremens venit, & sciens quod factum esset, procidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem: & quam ob causam tetigerit eum indicauit coram omni populo, & quemadmodū confessim sanata sit. At Iesus conuersus, et videntes eam dixit: confide filia, fides tua te saluam fecit: vade in pace, et esto sana a plaga tua. Salua autem facta

## EVANGELISTARVM 53

facta est mulier ex illa hora . Ad-  
huc eo loquente veniūt nuntij ad ar-  
chisynagogum dicentes : quia filia  
D tua mortua est , quid ultra vexas  
magistrū ? noli vexare illū . IESVS  
autem auditō verbo hoc respōdit  
patri puellæ : noli timere , tantum  
modo crede , et salua erit . Et non  
permisit quenquā se sequi , nec in-  
trare secum , nisi Petrum & Iaco-  
bum , & Ioannem fratrem Iacobi ,  
& patrem & matrem puellæ . Et  
cūm venisset I E S V S in domum  
archisynagogi , & vidisset tibici-  
nes & turbā tumultuantē , flebat  
autē omnes , & plangebat illā mul-  
tum , ingressus ait illis : quid tur-  
bamini ? Nolite flere , non est mor-  
tua puella , sed dormit : recedite . Et  
deridebant eū , scientes quod mor-  
tua esset . Ipse vero ciectis omnib⁹  
assūmit

## CONCORDIA

assummit patré, & matré puellæ,  
& qui secū erant: & ingrediūtur  
vbi puella erat iacés . Et tenēs ma-  
num puellæ, ait illi:tabitacumi,  
(quod est interpretatum)puella ti-  
bi dicosurge. Et reuersus est spiri-  
tus eius:et surrexit cōtinuo, & am-  
bulabat:& iussit illi dare mandu-  
care. Et stupuerunt parentes eius  
stupore magno. Quibus præcepit  
vehementer , ne alicui dicerent,  
quod factū erat. Et exiit fama hæc  
ā vniuersā terrā. Et tráseūte inde  
IESV,secuti sunt eum duo cæci  
clamātes,et dicentes:miserere no-  
strī fili Dauid . Cū autem venisset  
domum, acceſerunt ad eum cæci;  
Et dicit eis I E S V S : creditis quia  
hoc possum facere vobis ? Dicunt  
ei:vtiqꝫ domine. Tunc tetigit ocu-  
los eorum dicens: secūdum fidem  
vestram

Mat.  
9. &  
10. &

ii.

# EVANGELISTARVM 54

vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est illis I E S V S dicēs: videte ne quis sciat: illi autem exeuntes, diffamauerūt eum in tota terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei

A hominem mutum dœmonium habentem. Et eiecto dœmonio, locutus est mut⁹, & miratae sunt turbæ dicentes: nunquam apparuit sic in Israel. Pharisei autem dicebant: ī principe dœmoniorum ejicit dœmones. Et circuibat I E S V S omnes ciuitates, et castella, docens in synagogis eorū, & prædicans euā gelium regni dei, & curans omnē languorem, & omnē infirmitatē.

## C A P V T . XII .

Mat.

9. &c.

10. &c.

ii.

VIdens autem I E S V S turbas, misertus est eis, quia erant vexati, & iacentes sicut oves non haben

## CONCORDIA

habentes pastorem. Tūc dicit discipulis suis: messis quidem multa,  
operarij autem pauci, rogate ergo dominum messis, ut mittat opera rios in messem suam. Et conuocatis duodecim Apostolis suis, dedit illis potestatem spirituū immun-dorum, ut ejcerent eos: & curarēt omnem languorem, & omnem infirmitatē. Et post hæc designauit domin⁹ et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suā in omnem ciuitatē et locum, quo erat ipse venturus. Et præcipiens, dicebat illis: in viam gentium ne abieritis, & ī ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierūt domus Isra-el. Eūtes autē prædictæ dicētes: q̄a appropīquauit regnū cœlorū. Infirmos curate, mortuos suscitare,

Mar. 6.  
Luc. 9. &  
10.  
& 11.

A

B

lepro

MAR.  
6.  
LUC.  
9. &  
10.  
& 11.  
A

EVANGELISTARVM. 55

leprosos mundate, dæmones ejeci  
te. Gratis accepistis, gratis date.

C Nolite possidere aurum nequæ ar  
gentum, neq; pecuniam in zonis  
vestris, non peram in via, neq; sac  
culum, neq; panem, neq; duas tu  
nicas, neq; calciamenta, sed sanda  
lia tantum, neq; virgam: & nem  
nem per viâ salutaueritis. Et pre  
cepit eis ne quid tolleret in via, ni  
si virgam tantum. Et dicebat eis.  
In quâcunq; ciuitatem aut caste  
llum itraueritis, interrogate, quis  
in ea dignus sit. Et intrantes domū  
salutate eam primum dicētes: pax  
huic domui. Et siquidem ibi fuerit  
filius pacis, & domus illa digna, ve  
niet, et requiescat super illum pax  
vestra, & super domum illam: sin  
autem ad vos reuertetur. In eadē  
autē domo manete donec exeat is,  
edentes



## CONCORDIA MATE

edentes, & bibentes que apud illos  
sunt: dignus est enim operarius ci-  
bo, mercede sua. Nolite transfi-  
re de domo in domum. Et in quā  
cunquper ciuitatē intraueritis, & sus-  
ceperint vos, meraducate quæ appo-  
nuntur vobis, & curate infirmos  
qui in illa sūt, & dicite illis:appro-  
pinquauit in vos regnum dei. In  
quamcunquper autem ciuitatem, aut  
domum intraueritis, & non susce-  
perint vos, neque audierint sermo-  
nes vestros, exeuntes foras de do-  
mo vel ciuitate, in plateas eius, ex-  
cutite puluerem de pedibus vestris,  
& dicite: etiam puluerē, qui adhæ-  
sit nobis de ciuitate vestra, exte-  
gimus in vos: tamen hoc scitote,  
quia appropīquauit regnum dei:  
Amē dico vobis, tollerabilius erit  
terram Sodomorū, & Gomorreorū  
in die

EVANGELISTARVM 56

in die illa iudicij, quam illi ciuitati.

Dite, ecce ego mitto vos sicut agnos  
\*aut\* oves ī medio luporū. Esto-  
te ergo prudentes, sicut serpentes.  
& simplices, sicut colubræ. Cauete  
autē ab hominibus: tradent enim  
vos in cōcilijs, & in synagogis suis  
flagellabunt vos, & ad præsides et  
reges ducemini propter me: in tes-  
timoniū illis, & gentibus. Cum au-  
tē tradēt vos, nolite cogitare quo-  
modo, aut quid loquamini: dabi-  
tur enim vobis in illa hora, quid lo-  
quamini. Nō enim vos estis qui lo-  
quimini, sed spiritus patris vestri  
qui loquitur in vobis. Tradet autē  
frater fratrem ī mortem, & pater  
filium: & insurgent filii in paren-  
tes, et morte eos afficiant: et eritis  
odio omnibus hominibus propter  
nomen meum. Qui autem perseue-  
rauerit

## CONCORDIA

rauerit usq; in finem, hic saluus  
erit. Cum autem persequetur vos  
in ciuitate ista, fugite in aliā. Amē  
dico vobis, non consummabitis ci-  
uitates Israel, donec veniat filius  
hominis. Non est discipulus super-  
magistrū: nec seruus super domi-  
num suū. Sufficit discipulo, ut sit si-  
cut magister eius: et seruo, sicut do-  
minus eius. Si patrem familias Be-  
elzebub vocauerunt, quanto ma-  
gis domesticos eius. Ne ergo timu-  
eritis eos. Nihil opertum, quod nō  
reueletur: nec absconditū occultū  
quod nō sciat. Quod dico vobis in  
tenebris, dicite in lumine: & quod  
in aure auditis, pdicite super tecta.  
Quoniā quæ in tenebris dixistis,  
in lumine dicētur: & quod in aure  
locuti estis in cubiculis, prædicabi-  
tur in tectis. Dico autē vobis amicis  
meis

EVANGELISTARVM. 57.

meis ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius quid faciant, anima enim non possunt occidere. Oftendam autem vobis quem timeatis: potius timete eum, qui postquam occiderit, habet potestatem, & anima, & corpus perdere in gehennam. Nonne duo\* vel\* quinque passeret asse\* aut\* dipondio vaneuit? Et unus ex illis non est in obliuione coram deo, neque cadet super terram fine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus meliores et pluris estis vos. Dico autem vobis: omnis quisque confitebitur me coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo qui in celis est, filius enim hominis confitebitur illum coram

H angelis

## CONCORDIA

angelis dei. Qui autem negauerit  
me coram hominibus , negabo et  
ego eum coram patre meo, qui in  
cœlis est:& negabitur coram an-  
gelis dei. Putatis, quia pacem veni-  
mittere in terrā ? Nolite arbitrari  
quia pacem nenerim mittere . Nō  
veni pacem mittere, sed gladium:  
non dico vobis, sed separationem.  
Veni enim separare hominem, ad  
uersus patrem suum:& filiam ,ad-  
uersus matrem suam:et nurum,ad  
uersus socrū suam : & inimici ho-  
minis domestici eius. Erunt enim  
ex hoc quinqup in domo vna diuisi,  
tres in duos, & duo in tres diuiden-  
tur:pater in filium,& filius in pa-  
trem suum:mater in filiam,& filia  
in matrem:socrus in nurum suam  
& nurus in socrum suā. Qui amat G  
patrem,aut matrē plusquam me,  
non est

## EVANGELISTARVM 58

non est me dignus: & qui amat filium, aut filiam super me , non est me dignus. Et qui non accipit crūcem suam, & sequitur me, non est me dignus . Qui inuenit animam suam, perdet illam: & qui perdidit animam suā propter me , inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, recipit eū, qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet : & qui recipit iustum in nomine iusti , mercedē iusti accipiet. Et quicunqz potum dederit vni ex minimis istis, calicē aquæ frigidæ tantū, in nomine discipuli, amē dico vobis, non perdet mercedē suā. Qui enim vos audit me audit: & quod vos spernit, me spernit: qui autē me spernit, spernit eū qui misit me . Et factum est cum

Hij consu

## CONCORDIA

consumasset I E S V S præcipiens  
duodecim discipulis suis , transiit  
inde, ut doceret & prædicaret i ci-  
uitatib<sup>o</sup> eorū. At illi exeūtes prædi-  
cabāt, ut pænitētiā agerent: et dœ-  
monia multa ei jciebāt, et vngerbāt  
oleo multos ægros , & sanabātur:  
circuibantq<sup>b</sup> per castella , euange I  
lizantes & curantes vbiq<sup>b</sup>. Et post  
hæc reuersi sunt apostoli: & con-  
uenientes ad I E S V M, renuncia-  
uerunt ei omnia quæ egerant &  
docuerant. Reuersi sunt autem et  
septuaginta duo cum gaudio, dicē-  
tes: Dñe, etiā dœmonia subijciunt  
nobis in nomine tuo. Et ait illis: vi  
debā Satanā sicut fulgur de cœlo  
cadētē. Ecce dedi vobis potestatē  
calcādi supra serpētes et scorpio-  
nes, et super omnē virtutē inimici  
et nihil vobis nocēbit. Verūtamē,  
in hoc

## EVANGELISTARVM 59

in hoc nolite gaudere quia spiritus  
vobis subiiciuntur: gaudete autem  
quod nomina vestra scripta sunt  
in cœlis. In ipsa hora exultauit in  
**L** spiritu sancto, & respondes dixit:  
confiteor tibi pater dñe cœli &  
terræ, quia abscondisti hæc a sapië  
tibus & prudentibus, & reuelasti  
ea paruulis. Ita pater, quoniam sic  
fuit placitum ante te. Omnia mihi  
tradita sunt a patre meo: & nemo  
scit quis sit filius, nisi pater, neque pa-  
tre quis nouit, nisi filius, & cui vo-  
luerit filius reuelare. Venite ad me  
omnes qui laboratis & onerati es-  
tis, & ego reficiam vos. Tollite iu-  
gum meum super vos, & discite a  
me, quia mitis sum & humilis cor-  
de: & inuenietis requiem anima-  
bus vestris. Iugum enim meum suau-  
ue est, & onus meum leue.

H ij CAPVT

# CONCORDIA

## CAPVT. XIII.



Oannes autem, cum au-  
disset in vinculis opera Mat.  
Christi ( nunciauerunt II.  
\*enim\* Ioanni discipuli Lu.6  
eius de omnibus his ) conuocans & 7.  
duos de discipulis suis, & mittens & 10.  
eos ad I E S V M, dixit ei: tu es, qui  
venturus est, an aliū expectamus?  
Cum autem venissent ad eum viri  
dixerūt: Ioānes baptista misit nos  
ad te, dicens: tu es, qui vēturus est,  
an alium expectamus. In ipsa autē  
hora multos curauit a languorib⁹  
suis, et plagis, et spiritibus malis, et  
cæcis multis donauit visū: & respō  
dēs, ait illis: eūtes, renūciate Ioāni  
quæ audistis, & vidistis : quia cæci  
vident, claudi ambulant, leprosi  
mundātur, surdi audiūt, mortui re  
surgunt, pauperes euangelizātur,  
& bea

EVANGELISTARVM 60

& beatus est, quicunq; non fuerit  
scandalizatus in me. Et cum disces  
fissent nūtij Ioānis, illis abeūtibus

B cœpit I E S V S dicere ad turbas d  
Ioāne: quid exiſtis in deſertum vi  
dere? Arundinem vento agitatā?  
Sed quid exiſtis videre? Hominē  
mollibus veſtimentis indutum?  
Ecce qui veſte prætiosa, & molli  
bus veſtiūtur, & ſunt in delicijs, in  
domibus regū ſunt. Sed quid exiſ  
tis videre? Prophetam, vtiq; dico  
vobis, & plusquā prophetam. Hic  
eft enim de quo ſcriptum eft: ecce  
ego mitto angelum meum ante fa  
ciem tuam, qui præparabit viā tuā  
ante te. Amē dico vobis, maior in  
ter natos mulierū prophetam Ioāne  
baptista ſurexit nemo, \*nec\* eft.  
Qui autem minor eft in regno ca  
lorū, maior eft illo. A diebus autē

aliquad

G iiii

Ioāni

Mat.  
11.  
Lu.6  
&.7.  
&c.10.  
A.

## CONCORDIA

Ioannis baptistæ, vſq; nunc, regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ, et lex, vſq; ad Ioannem prophetauerunt: et si vultis recipere ipſe eſt Helias qui venturus eſt. Qui habet aures audiendi, audiat. Et omnis populus audiens, & publicani, iustificauerunt deum, baptizati baptismō Ioannis. Pharisei autem, & legisperiti, cōſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſis, non baptizati ab eo. Ait autem dominus: cui ergo ſimiles aëſtimabo homines generationis huius? & cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus adiuvicem, qui clamantes coæqualibꝫ dicunt: cantauimus vobis tibijs, & non ſaltaſtis: lamentauimus, & nō planxiftis. Venit enim Ioannes

baptista

EVANGELISTARVM 61

baptista, neq; manducans panem  
neq; bibens vinum, & dicunt, dœ  
monium habet: venit filius homi-  
nis manducans & bibens, & dicūt  
Ecce homo vorax, & potator vi-  
ni, publicanorum & peccatorum  
**D**amicus. Et iustificata est sapientia  
ab omnibus filijs suis. Tūt cœpit  
exprobrare ciuitatibus, in quibus  
factæ sunt plurimæ virtutes eius:  
quia non egissent pœnitentiā. Væ  
tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida  
quia si ī Tiro & Sidone factæ fuis-  
sent virtutes, quæ factæ sunt in vo-  
bis, olim in cilicio et cinere seden-  
tes pœnitentiam egissent. Verūta-  
men dico vobis, Tiro & Sidoni re-  
missius erit in die iudicij, quam vo-  
bis. Et tu Capharnaum, nunquid  
vſq; ad cœlum exaltaberis? Vſq;  
ad cœlū exaltata, vſq; ad infernū  
demergeris

## CONCORDIA

demergeris, quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes, que factæ sūt in te, forte mansissent usq; in hāc diem. Veruntamē dico vobis, quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quam tibi. Et conuersus I E S V S ad discipulos suos, ait beati oculi qui vident, quæ vos videtis: dico enim vobis, quod multi prophetæ, & reges voluerunt videre, que vos videtis, & non vide-runt: et audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidā legis peritus surrexit tentans illum, & dicens: magister quid faciendo, vitā æternam possidebo? At ille dixit ad eum: in lege quid scriptum est? Quomodo legis? Ille respondens dixit: diliges dñm deū tuum, ex to-to corde tuo, et ex tota anima tua, et ex omnibus viribus tuis, & ex omni

omni mente tua:& proximun tuū  
sicut te ipsum. dixitq; illi: recte ref-  
pondisti: hoc fac: et viues. Ille autē  
volēs iustificare se ipsum, dixit ad  
I E S V M:& quis est meus proxi-  
mus? Suspiciēs autem I E S V S di-  
xit: Homo quidam descēdebat ab  
Hierusalē in Iericho: & incidit in  
latrones: qui etiam despoliauerūt

F eum:& plagiis impositis, abierunt  
semiuiuo relicto. Accidit autē, vt  
sacerdos quidam descenderet eā-  
dem via, & viso illo, præteriuit. Si  
militer et leuita, cum esset secus lo-  
cum, et videret eum, pertrāsijt. Sa-  
maritanus autem quidam iter fa-  
ciens, venit secus eū, & videns eū,  
misericordia motus est: & appro-  
piās, alligauit vulnera eius, infun-  
dens oleum, et vinum: & imponēs  
illum in iumentum, suum duxit in  
stabulum,

## CONCORDIA

stabulum: & curam eius egit. Et al-  
tera die, protulit duos denarios, &  
dedit stabulario, & ait: curam illi<sup>o</sup>  
habe, & quodcūq; supererogau-  
ris, ego cū rediero, reddā tibi. Quis  
horum trium videtur tibi proxi-  
mus fuisse illi, qui incidit in latro-  
nes? At ille dixit: qui fecit miseri-  
cordiam in illū. Et ait illi I E S V S  
vade, & tu fac similiter. Post hęc  
autem ascendit I E S V S a Gal-  
læa in Iudeam. Rogabat autē illū  
quidam de phariseis, ut manduca-  
ret cum illo, & ingressus domum  
pharisei, discubuit. Et ecce mulier  
quæ erat in ciuitate peccatrix, vt  
cognouit quod I E S V S accubuit  
in domo pharisei, attulit alabastrū  
vnguēti, & stans retro securus pēdes  
ei<sup>o</sup>, lachrymis cœpit rigare pedes  
eius, et capillis capitis sui tergebat  
et osculabat  
& oscu-

G

## EVANGELISTARVM 63

et osculabat pedes eius, et vnguen  
to vngebat. Vnde autem pharisæus  
qui vocauerat eum, ait intra se di-  
cens: hic si esset prophœta, sciret  
utique quæ, & qualis est mulier, quæ  
tangit eum, quia peccatrix est. Et  
respondens IESVS dixit ad illum:  
Simon, habeo tibi aliquid dicere.  
At ille ait: magister, dic. Duo debi  
tores erant cuidam fœneratori:  
vnus debebat denarios quingétos,  
et alius quinquaginta. Non haben-  
tibus illis unde redderent, donauit  
utrisque. Quis ergo eū plus diligit?  
Respondens Simō dixit: Æstimo  
quia is cui plus donauit. At ille di-  
xit ei: rete iudicasti. Et conuersus  
ad mulierem, dixit Simonis: vides  
hac mulierem? Intraui in domum  
tuam, aquam pedibus meis non de-  
disti: hac autem lachrymis rigauit  
pedes

## CONCORDIA

pedes meos, & capillis suis tersit:  
osculū mihi nō dedisti: hæc autem  
ex quo intraui, nō cessauit oscula-  
ri pedes meos: oleo caput meū nō  
vnxisti: hæc autem vnxit vnguen-  
to pedes meos: propter quod dico  
tibi: remittūtur ei peccata multa:  
quoniam dilexit multum. Cui au-  
tem minus dimittitur, minus dili-  
git. Dixit autem ad illam: remittū  
tur tibi peccata. Et cœperūt qui si  
mul accumbebant dicere intra se:  
quis est hic, qui etiam peccata di-  
mittit? Dixit autem ad mulierem:  
fides tua te saluā fecit: vade ī pace.

## C A P V T . X I I I .



Eliquit \*autē\* IESVS Io.4  
Iudæam, & abiit iterū  
in Galilæā: oportebat A  
autem eum trassire per  
medi am

EVANGELISTARVM. 64

medium Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ, quæ dicitur si char, iuxta prædiū quod dedit Jacob Ioseph filio suo. Erat autē ibi fons Iacob. I E S V S autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fōtem: hora autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei I E S V S: da mihi bibere: discipuli enim eius abierāt in ciuitatem, vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana: quomodo tu Judeus cū sis, bibere a me poscis, quę sum mulier Samaritana? Non enim coutūtur Iudæi Samaritanis. Respondit I E S V S, & dixit ei: si scires donū dei, & quis est, qui dicit tibi, da mihi bibere: tu forsítā petiſſes ab eo, & dediflet tibi aquam viuam. Dicit ei mulier: domine neq; in quo haurias

## CONCORDIA

haurias habes & puteus altus est:  
vnde ergo habes aquam viuā? Nū  
quid tu maior es patre nostro Ia-  
cob? Qui dedit nobis Puteū, & ip-  
se ex eo babit, & filij eius, & peco-  
ra eius? Respondit I E S V S, & di-  
xit ei: omnis qui babit ex hac aquā,  
sicut iterum: qui autem biberit ex  
aqua, quam ego dabo ei, non sicut  
in æternū: sed aqua, quam ego da-  
bo ei, fiet in eo fons aquæ salientis  
in vitam æternam. Dicit ei mulier  
Domine, da mihi hanc aquam ut  
non sicutiam, nec veniam huc hauri-  
re. Dicit ei I E S V S: vade, voca vi-  
rum tuum, et veni huc. Respondit  
mulier, & dixit: nō habeo virum.  
Dicit ei I E S V S: bene dixisti, quia  
non habeo virum. Quinque enim  
viros habuisti, & nunc quē habes,  
non est tuus vir. Hoc vere dixisti.

Dicit

## EVANGELISTARVM 65

Dicit ei mulier: Domine, video quia propheta es tu. Patres nostri in motu hoc adorauerunt: & vos dicitis, quia hierosolymis est locus, ubi adorare oportet. Dicit ei IESVS: mulier crede mihi, quia venit hora, quando neque in motu hoc, neque in hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis, quod nescitis: nos adoramus, quod scimus: quia salus ex iudeis est. Sed venit hora, et nunc est, quando veri adoratores, adorabunt patrem in spiritu, & veritate. Nam pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est deus: et eos qui adorant eum, in spiritu, & veritate oportet adorare. Dicit ei mulier: scio quia Messias venit, qui dicitur Christus cum ergo venerit, ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei IESVS: ego sum qui loquor tecum: & continuo venient

I runt

## CONCORDIA

runt discipuli eius , & mirabātur,  
quia cum muliere loquebatur. Ne  
mo tamen dixit , quid queris: aut  
quid loqueris cum ea? Reliquit er-  
go hydriam suam mulier, & abiit  
in ciuitatem, & dicit illis homini-  
b<sup>2</sup>: venite, & videte hominem, qui  
dixit mihi, omnia quæcunq; feci .  
Nūquid ipse est Christus? Exierūt  
ergo de ciuitate , & veniebant ad  
eum. Interea rogarunt eum dis-  
cipuli, dicētes: Rabbi manduca, ille  
autem dixit eis: ego cibum habeo  
manducare, quem vos nescitis. Di-  
cebant ergo discipuli ad inuicem  
nunquid aliquis attulit ei mandu-  
care: Dicit eis I E S V S: meus cib<sup>2</sup>  
est, vt faciam voluntatem eius, qui  
misit me : vt perficiam opus eius.  
Nōne vos dicitis, quod adhuc qua-  
taor menses sunt, & messis venit?

Ecce dico

## EVANGELISTARVM 66

Ecce dico vobis: leuate oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam; ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. In hoc enim est verbum verum: quia alius est qui seminat, & ali⁹ est qui metit. Ego misi vos mettere, quod vos non laborastis: alij laborauerūt, & vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbū mulieris testimoniū perhibentis: quia dixit mihi omnia quæcunq; feci. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogauerunt eum, ut ibi maneret: & mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eū propter sermonē eius. Et mulieri

Iij dicebant

## CONCORDIA

dicebant: quia non propter tuam  
loquela[m] credimus: ipsi enim au-  
diuimus, & scimus, quia hic est ve-  
re saluator mundi. Post duos autē B  
dies exiit inde, & abiit in Galilæā.  
Ipse enim I E S V S testimonium  
perhibuit, quia propheta in patria  
sua honorem non habet. Cum er-  
go venisset in Galilæam, excepe-  
runt eum Galilæi, cum omnia vi-  
dissent, quæ fecerat Hierosolymis  
in die festo: & ipse enim venerat  
ad diem festum. Venit ergo iterū  
in Cana Galilææ, ubi fecit aquam  
vinum. Et erat quidā regulus, cui⁹  
filius infirmabatur Capharnaūm C  
Hic cū audisset, quia I E S V S ad-  
ueniret a Iudea ī Galilæam, abiit  
ad eum: & rogabat eum, vt descen-  
deret, & sanaret filium eius (incipiebat enim mori.) Dixit ergo  
Iesu[s]

B  
EVANGELISTARVM 67

I E S V S ad eū: nisi signa, et prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eū regul⁹: Dñe, descéde prius quā moriatur filius meus. Dicit ei I E S V S: vade: filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei I E S V S: & ibat. Iā autem eo descendente, serui occurrerunt ei, & nunciauerunt dicentes: quia filius ei⁹ viueret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit & dixerunt ei: quia heri, hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei I E S V S: filius tuus viuit. Et credidit ipse, et domus ei⁹ tota. Hoc iterum secundum signū fecit I E S V S, cū venisset a Iudea in Galilēam.

CAPVT. XV.

Loupo

Iij In illo

# CONCORDIA

N illo die exiēs IESVS  
de domo, cœpit iterum Mat,  
sedens docere ad mare. 13.  
Mar.

Cum autem turba plu-  
rima conueniret, & de ciuitatibus  
properarent ad eum, ascendēs na-  
uiculam sedebat in mari: & omnis  
turba stabat in littore circa mare A  
super terram . Et locutus est eis in  
parabolis multa, & dicebat illis in  
doctrina sua, audite: ecce, exiit qui  
seminat, seminare semen suum. &  
dum seminat, quedam ceciderunt  
secus viam, & conculcata sunt, &  
venerunt volucres cœli, & come-  
derunt illa: alia autem ceciderunt  
in petrofa, vbi non habebat terrā  
multam, & continuo exorta sunt  
quia non habebant altitudinem  
terræ: & quia non habebat humo-  
rem, orto sole exaltuauerunt : &  
eo quod



## EVANGELISTARVM 68

eo quod non habebant radicem, a  
ruerunt. Alia autem ceciderunt in  
ter spinas: & simul exortæ spinæ  
ascenderant, & suffocauerunt ea:  
& fructum non dederunt. Alia au  
tem ceciderunt in terram bonam  
& dabant fructum ascendentem,  
& crescentem: & afferebat vnum  
trigesimum, & vnu sexagesimum,  
& vnum centesimum. Hęc dicēs  
clamabat: qui habet aures audien  
di audiat. Aliam parabolam pro  
posuit illis, dicēs: simile factum est  
regnum cœlorum homini, qui se  
minauit semē bonū in agro suo:  
cum autem dormirēt homines, ve  
nit inimicus eius, & super semina  
uit zizania ī medio tritici: & abiit.  
cum autem creuisset herba, & fru  
ctum fecisset, tunc apparuerunt et  
zizania. Accedentes autem scriui  
endimus Iuij patris

Mat,  
13.  
Mar,  
4.  
Luc,  
8. &  
13  
A

## CONCORDIA

patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum se inen seminaſti in agro tuo, vnde ergo habet zizania? Et ait illis : inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei: vis, imus & colligim⁹ ea? Et ait: nō ne forte colligentes zizania, eradicetis simul et triticū. Sinite vtraq; crescere vſcq; ad messem: & in tempore mēſſis, dicam mēſſorib⁹, colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum triticum autem cōgregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis dicens: cui assimilabimus regnum dei, aut cui parabolæ aſtimabo illud? simile est regnū cœlorum grano ſinapis, quod accipiēs homo ſeminauit in agro, vel misit in hortū ſuum: quod quidem ſeminatum i terra, minus eſt omnibus

omnibus seminibus, quæ sunt in terra: quod cum natum fuerit, ac creuerit, fit maius omnibus oleribus: ascenditq; in arborem magnam, facitq; ramos magnos: ita ut possint sub umbra eius aues coeli venientes requiescere, & in ramis illi habitare. Et dicebat: sic est regnum dei, quemadmodū si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die: & semen germinet, & increscat, dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat: primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica: & cum ex se produixerit fructus, statim mittit falcem: quoniam ad Dicit messis. Aliam parabolam locutus est eis, dicens: cui simile aestimabo regnum dei? Simile est fermento, quod acceptū mulier abscōdit in fari-

## CONCORDIA

in farinæ satis tribus, donec fermētatum est totum. Hęc omnia locutus est I E S V S ī parabolis ad turbas: et talibus multis parabolis loquębatur eis verbum, prout poterant audire: & sine parabolis non loquębatur eis: ut ipleretur, quod dictum erat per prophetam dicentem: aperiam in parabolis os meu: eructabo abscondita a constitutione mundi. Seorsum autem discipulis suis differebat omnia. Tūc E dimissis turbis, venit in domum, et cum singularis esset, accesserūt ad eum hi, qui cum eo erāt duodecim discipuli eius, & interrogauerunt eum dicentes: edissere nobis parabolam seminantis, et zizaniorum: & quare loqueris eis in parabolis? qui respondens ait illis: quia vobis datū est nosse mysteriū regni cœlorum

## EVANGELISTARVM 70

cōlorum, illis autē, qui foris sunt,  
non est datū: sed in parabolis om-  
nia fiunt, vt videntes videāt, et nō  
videant: & audientes audiāt, & nō  
intelligant: nequando conuertā-  
tur, & dimittātur eis peccata. Qui  
enī habet, dabit ei, et abūdabit: qui  
autem non habet, & quod videtur  
habere, auferetur ab eo. Et ideo in  
parabolis loquor eis, quia vidētes  
non vident, & audientes non au-  
diunt, nec intelligunt: vt adimple-  
atur in eis prophetia Esaiæ dicen-  
tis: auditu audietis, & non intelli-  
getis: & videntes videbitis, & non  
videbitis: incrassatū est enim cor  
populi huius, & auribus grauiter  
audierūt, & oculos suos clauerūt:  
nequando videant oculis, & auri-  
bus audiant, & corde intelligant,  
& conuertant: & sanē eos. Vestrī  
autem

## CONCORDIA

autem beati oculi, quia vident: &  
aures vestræ, quia audiunt. Amen  
quippe dico vobis, quia multi pro-  
phetae, & iusti cupierunt videre,  
quæ videtis, & non viderunt: & au-  
dire, quæ auditis, & non audierūt.  
Et ait illis: nescitis has parabolas,  
& quomodo ônes parabolas cog-  
noscetis? Vos ergo audite parabo-  
lam seminatis. Semen est verbum  
dei. Et qui seminat, verbum seini-  
nat. Qui autem secus viam, ubi se-  
minatur verbum, hi sunt, qui cum  
audierint verbum regni, non intel-  
ligunt: & cōfestim venit malus fa-  
tanas diabol⁹, & rapit verbū, quod  
seminatum est in cordibus eorum  
ne credentes salui fiant. Qui autē  
super petrofa seminati sunt, hi sūt  
similiter, qui cū audierint verbū,  
continuo cum gaudio accipiunt

llud

## EVANGELISTARVM 71

illud, sed non habent in se radicē:  
orta enim tribulatione, & persecu-  
tione propter verbum, confessim  
scandalizātur, & temporales sūt:  
quia ad tempus credunt, & in tem-  
pore temptationis recedunt. Qui au-  
tem in spinis seminantur, quorūq;  
semē in spinas cecidit, hi sunt, qui  
verbum dei audiūt, & erumnx̄ so-  
licitudoq; sæculi istius, & fallacia  
diuiciarum, & circa reliqua con-  
cupiscentiæ, & voluptates vitæ in-  
troeuntes suffocant verbum: et si  
ne fructu efficitur. Qui autem in  
terram bonam seminati sunt, hi  
sunt, qui audiunt verbum, et intel-  
ligunt, & suscipiūt, & in corde bo-  
no, & optimo retinentes, afferunt  
fructum in patientia: aliud quidē  
centesimum, aliud autem sexagesi-  
sum, aliud vero tricesimū. Nūc  
audite

## CONCORDIA

audite parabolam zizaniorum a-  
gri: Qui seminat bonum semen,  
est filius hominis: ager autē eīt mū  
dus: bonum vero semen, hi sunt fi-  
lij regni: zizania autē filij sunt ne-  
quā. Inimicus autem, qui semina-  
uit ea, est diabolus: mēsis vero cō-  
summatio sēculi est: messores autē  
angeli sunt. Sicut ergo colliguntur  
zizania, & igni comburuntur, sic  
erit in cōsummatione fæculi: mittet  
filius hominis angelos suos, & col-  
ligent de regno eius omnia scan-  
dala, & eos qui faciunt iniquitatē:  
& mittent eos in caminum ignis.  
Ibi erit fletus, & stridor dētium.  
Tunc iusti fulgebunt, sicut sol, in  
regno patris eorum. Qui habet au-  
res audiendi, audiat. Simile namq;  
est regnum cœlorum, thesauro  
abscōdito in agro: quē qui inuenit  
homo,

homo, abscondit, & pre gaudio illi<sup>a</sup>  
vadit, & vendit vniuersa quæ ha-  
bet, & emit agrum illum. Iterum,  
simile est regnū cœlorum homi-  
ni negociatori, querenti bonas mar-  
garitas: iuēta autē vna p̄tiosa mar-  
garita, abiit, & vēdīdit omnia quæ  
habuit, & emit eam. Iterum, simi-  
le est regnū cœlorum sagenæ mis-  
ſe in mare, & ex omni genere piſ-  
ciūm congreganti: quam cum im-  
pleta esset educentes, & secus litt<sup>b</sup>  
ſedentes, elegerunt bonos in vasa  
ſua, malos autem foras miserunt.  
Sic erit in consummatione ſeculi:  
exibunt angeli, & separabunt ma-  
los de medio iuſtorum, & mittent  
eos in caminum ignis: ibi erit flet<sup>c</sup>  
& ſtridor dētiū. Intellexistiſtis hæc  
omnia? Dicunt ei: etiam domine.  
Ait illis: ideo omnis ſcriba doctus  
in regno

## CONCORDIA

in regno cœlorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua, & vetera.

## CAPVT. XVI.

T factum eſt, cum conſumafet I E S V S para-  
bolas iſtas, transiit inde in patriam ſuam: & ve-  
nit Nazareth, vbi erat nutritus. Et intrauit, ſecundum conſuetudinē ſuam, die ſabbati in synagogam: & surrexit legere. Et traditus eſt illi liber Eſaiæ prophetæ. Et ut reuoluit librum, inuenit locum, vbi ſcriptum erat: ſpiritus domini ſuper me, propter quod vnxit me: euagelizare pauperibus misit me: fanare contritos corde, prædicare captiuis remiſſionē, et cæcis viſu dimittere cōfractos in remiſſione, prædi-



## EVANGELISTARVM 73

prædicare annum domini accep-  
tum , & diem retributionis. Et cū  
plicuisset librū, reddidit ministro  
& sedit. Et omnium in synagoga  
oculi erant intendentēs in eū. Cœ  
pit autem dicere ad illos: quia ho-  
die impleta est hæc scriptura in au-  
ribus vestris. Et omnes testimoniū  
illi dabant, & mirabantur in ver-  
bis gratiæ, quæ procedebat de ore  
iphius , & dicebant: nonne hic est  
Ioseph fabri filius? Vnde huic hæc  
omnia? quæ est sapientia, quæ data  
est illi, et virtutes tales, quæ per ma-  
nus eius efficiuntur ? Nonne hic est  
faber, filius Mariæ, frater Iacobi,  
& Ioseph , & Iudæ, & Simonis?  
Nonne et sorores eius hic nobiscū  
sunt? & scandalizabantur in illo.  
Et dicebat illis I E S V S: vtiq; dice-  
tis mihi hanc similitudinē: medice

K

cura te

## CONCORDIA

Fratres apud iudeos sole-  
re dici cognatos, vsq; adeo pbatur,  
ut non solū ex propīquo generationis  
gradu, sicut sunt filij fratrum, & sororū,  
qui etiā apud nos vſi tatiſſime fra-  
tres dicūtur, ſed etiā au-  
culus, & sororis fili⁹, ſicut ſibi erant Iacob, & La-  
bā, fratres appellati inue-  
mantur. Nō curate ipsum. Quanta  
audiuimus facta in Ca-  
pharnaūm, fac & hic  
in patria tua. Ait autē amen dico vobis, quia  
nemo propheta acce-  
pus est in patria sua,  
aut est sine hono-  
re, niſi in patria sua, et  
in domo ſua, & in cog-  
natione ſua. Et nō po-  
terat ibi virtutem vllā  
facere: niſi paucos in-  
firmos impositis mani-  
bus curauit, & miraba-  
tur propter increduli-  
tatem illorum. Ait au-  
tem I E S V S: in veri-  
tate dico vobis, multæ  
viduæ erant in diebus  
Eliæ in Iſrael, quando  
clausū

## EVANGELISTARVM

74

clausū est cœlū annis ergo mirum  
tribus, & mēsibus sex est dictos es-  
cum facta esset fames se fratres dñi  
magna in omni terra: ex materno  
& ad nullam illarum genere quoq;  
missus est Elias, nisi in cūq; cognati-  
Sareptam Sidoniæ ad tos, cum etiā  
mulierem viduam. Et ex cognatio-  
multi leprosi erant in ne Ioseph, dī  
Israel sub Eliseo pro- ci potuerint  
pheta, & nemo illorū fratres eius,  
mundatus est nisi Na ab eis, qui il-  
amā syrus. Et repleti lum patrem  
sunt omnes in synago domini esse  
gai atra: haec audientes. arbitrabatur  
Et surrexerunt, & eie Augus. in  
cerunt illum extra ci- questionib.  
uitatem, & duxerunt sup Matth.  
illum usq; ad superci cap. vltimo.  
lium montis, super quem ciuitas  
illorum erat aedificata: ut præcipi  
Kij tarent

## CONCORDIA

tarent eum. Ipse autem transiens,  
per medium illorum ibat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. Cumq; introisset filia Herodiadis in medio, & saltasset & placuisse Herodi, simulq; recū bentibus, rex ait puellæ: pete a me quod vis, & dabo tibi. Vnde cū iuramento pollicitus est ei dare, quod cū p̄tulasset ab eo. Quia quicquid petieris, inquit, dabo tibi: licet dimidium regni mei. Quę cum exiſſet, dixit matrī suæ: quid petā? At illa dixit: caput Ioannis baptistæ. Et præmonita a matre, cum introisset statim cū festinatione ad regem, petiuit dicens: Da mihi in disco caput Ioannis baptistæ: volo ut protinus des mihi. Et cōtristat⁹ est rex:

est rex: propter iusurandum autē  
& propter simul discubentes, no-  
luit eā cōtristare: sed missō spicula  
tore decollauit Ioánē in carcere,  
p̄cepitq; afferrī caput ei⁹ in disco,  
& datum est puellæ: & illa attulit  
ac dedit matri suæ. Quo audito, dis-  
cipuli eius accedētes tulerunt cor-  
pus eius, & posuerunt illud in mo-  
numento: & venientes nunciaue-  
runt I E S V. Quod cum audisset  
I E S V S, ait discipulis suis, venite  
seorsum in desertum locum, & re-  
quiescite pusillum: erant enim qui  
veniebāt & redibant multi: & nec  
spatium manducandi habebant.  
& assūptis illis, secessit inde in  
nauicula trās mare Galilææ, quod  
est tiberiadis, seorsum in desertū  
locum: qui est Bethsaide. Et cū au-  
dissent turbæ, viderunt enim eos

Kij abeū.

## CONCORDIA

abeūentes, & cognouerunt multi;  
sequēbatur eū multitudo magna,  
quia videbant signa quæ faciebat  
super his, qui infirmabātur. Et pe-  
destres de omnibus ciuitatibus cu-  
currerūt illuc, & præuenērūt eos.  
At ipse excepit eos: & loquebatur  
illis de regno dei, & docebat eos  
multa: & eos qui cura indigebāt, sa-  
nabat. Subiit ergo in mōte IESVS  
& ibi sedebat cū discipulis suis. E-  
rat autē proximū paſcha dies fest⁹  
Iudæorum. Cum ſubleuaffet ergo  
oculos I E S V S, exiens, vidi tur-  
bam multam, & misert⁹ eſt super  
eos: quia erant ſicut oves non  
habētes paſtorem. Dies autem cœpe-  
rat declinare, & cū vespere fact⁹,  
multa iam hora fieret, accedentes  
duodecim discipuli, dixerunt illi:  
deſertus eſt locus hic, & hora iam  
præ-

## EVANGELISTARVM. 76

præterijt, dimitte turbas, vt eûtes  
in castella, & proximas villas &  
vicos, qui circa sunt, diuertant, &  
inueniant, emâtq; sibi escas, quia  
hic in loco deserto sum<sup>9</sup>. I E S V S  
autem dixit eis, non habet necesse  
ire, date vos illis manducare. Et di-  
xerunt ei: euntes emamus ducetis  
denarijs panes, & dabim<sup>9</sup> illis ma-  
ducare. Et dicit eis: quot panes ha-  
betis? Ite, & videte. Cū ergo vidis-  
set I E S V S quia multitudo mag-  
na venit ad eū, dicit ad Philippū:  
vnde ememus panes vt manducet  
hi. Hoc autem dicebat tentans eū,  
ipse enim sciebat quid esset factu-  
rus. Respondit ei Philippus: ducet  
orum denariorum panes non suf-  
ficiunt eis, vt unusquisq; modicum  
quid accipiat. Dicit ei unus ex dis-  
cipulis Andreas frater Simonis

## CONCORDIA

Petri: est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos & duos pisces: sed haec quid sunt inter tantos? Similiter & alij discipuli, cum cognouissent dixerunt: non sunt nobis plusquam quinque panes, & duo pisces: nisi forte nos eamus, et emamus in omnem hanc turbam escas. Ait autem I E S V S ad discipulos suos: afferte mihi illos huc. Et cum praecepisset illis, ut accum bere facerent omnes, secundum contubernia, super viride fœnum, (erat enim fœnum multum in loco) discubuerunt omnes in partes per contiuua, centenos, & quinquagenos. Accepit ergo I E S V S quinque panes, & duos pisces, & intuens in cœlum, cum gratias egisset, fregit, & distribuit discipulis suis, vt ponearent ante turbas: & duos pisces divisit om

## EVANGELISTARVM 77

uisit omnibus, quantum volebāt:  
discipuli autem dederunt turbis.  
Et manducauerunt omnes: & fa-  
turati sunt. Vt autem impleti sunt  
dixit discipulis suis: colligite quæ  
superauerūt fragmēta: ne pereāt.  
Collegerūt ergo quod superfuit  
illis, et tulerunt reliquias fragmē-  
torū duodecim cophinos plenos,  
ex quīq; panib; ordeaceis, & duo  
bus pisib;: quæ superfuerūt, his  
qui manducauerant. Manducan-  
tium autē fuit numerus, quasi quī  
que millia virorum: exceptis mu-  
lieribus, & paruulis. Illi ergo ho-  
mines, cum vidissent, quod fecerat  
signum, dicebant: quia hic est vere  
**F** propheta, qui venturus est in mun-  
dum. Et statim iusit I E S V S, disci-  
pulos ascendere in nauiculam, &  
præcedere eū trans fretū ad Beth-  
saidam

## CONCORDIA

saidam, donec dimitteret turbas.  
Et cum cognouisset, quia venturi  
essent, ut raperent eum, & facerent  
eum regem, fugit dimissa turba: et  
ascendit in montem ipse solus orare;

## CAPVT. XVII.



Espere autem facto, cū iam sero esset, solus IESVS erat in monte: discipuli autem eius descendiderunt ad mare, & cum ascendissent nauim venerunt, trans mare in Capharnaū: et tenebre iam factae erant, & non venerat ad eos IESVS. Mare autem, vēto magno flante, exurgebat. Cum remigasset ergo quasi stadia viginti quicq; aut triginta, nauicula autem in medio mari iactaretur fluctib⁹, (erat enim contrarius vētus) videns eos laborantes in remigando, circa quartam

## EVANGELISTARVM 78

quartam vigiliam noctis, venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos. At illi videntes eum ambulantem supra mare, & proximum naui fieri, turbati sunt, & putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt dicentes, quia phantasma est: omnes enim viderūt eū, et præ timore conturbati sunt. Statimque I E S V S locutus est eis, dicens: confidite, ego sum, nolite time re. Respondens autem Petrus, dixit: domine, si tu es, iube me ad te venire super aquas. At ipse ait: veni. Et descendens Petrus de nauicula, ambulabat super aquam, ut veniret ad I E S V M. Videns vero ventum validum, timuit: & cū cœpisset mergi, clamauit dicens: Domine, saluum me fac. Et continuo I E S V S extendens manū appræhendit

## CONCORDIA

hendit cum, et ait illi: modicæ fidei  
quare dubitasti? voluerūt ergo ac-  
cipere eum in nauim. Et cum ascē-  
disset ad illos, cessauit vētus, & pl<sup>o</sup>  
magis intra se stupebant: nō enim  
intellexerūt de panibus, erat enim  
cor eorum obcæcatū. Et qui in na-  
uicula erāt, venerunt, & adoraue-  
runt eum dicētes: vere filius dei es.  
Et cum transfretassent, statim na-  
uis applicuit ad terram, ad quam  
ibant: & venerunt in terram Ge-  
nesareth. Cumq; egressi essent  
d*ē* naui, continuo cognouerunt cū  
et cum cognouissēt eum, viri loci  
illius, percurrentes miserūt in vni-  
uersam regionem illam: & cœpe-  
rūt in grabatis, eos qui male habe-  
bant, circumferre, ubi audiebāt eū  
ēsse: & quocumq; introibat, in vi-  
cos, vel in villas, aut ciuitates, in  
plateis

## EVANGELISTARVM 79

plateis ponebant infirmos: & offe  
rebant ei omnes male habétes : et  
deprecabátur eum, vt vel fimbriá  
vestimenti eius tangerent. Et quot  
quot tetigerunt, salui facti sunt. In

illo tempore, audiuit Herodes te-  
**C**trarcha famam de I E S V ( mani-  
festum enim factum est nomé ei<sup>o</sup>)  
& audiuit omnia, quæ siebant ab  
eo, et hæsitabat, eo quod diceretur  
a quibusdam, quia Ioannes surre-  
xit a mortuis: a quibusdam vero,  
quia Elias apparuit: ab alijs autem  
quia propheta vn<sup>o</sup> de antiquis sur-  
rexit: quasi vnus ex prophetis. Et  
ait Herodes pueris suis: Ioannem  
ego decollaui: quis est autem iste;  
de quo ego talia audio? Et dicebat:  
quia Ioānes resurrexit a mortuis:  
& propterea virtutes operátur in  
illo. Et querebat videre eū. Altera  
die turbā

## C O N C O R D I A

die turba, quæ stabat trans mare;  
vidit, quia nauicula alia non erat  
ibi, nisi vna: & quia non introisset  
cum discipulis suis I E S V S in na-  
uim, sed soli discipuli eius abiijsseret:  
aliæ vero superuenerunt naues a  
Tiberiade, iusta locum, ubi man-  
ducauerant panem gratias agentes  
deo. Cum ergo vidisset turba, quia  
I E S V S non esset ibi, neque discipu-  
li eius, ascenderunt in nauiculas: &  
venerunt Capharnaum querentes  
I E S V M. Et cum inuenissent eum  
trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quæ  
do huc venisti? Respondit eis I E -  
S V S, & dixit: Amen amen dico  
vobis, queritis me, non quia vidistis  
signa, sed quia manducauitis ex pa-  
nibus: & saturati estis. Operamini  
non cibum qui perit, sed qui perma-  
net in vitam æternam, quem filius  
hominis

hominis dabit vobis: hūc enim pa-  
ter signauit deus. Dixerūt ergo ad  
eum: quid faciemus, vt operemur  
opera dei? Respondit I E S V S, et  
dixit eis: hoc est opus dei, vt creda-  
tis in eum, quē misit ille. Dixerūt  
ergo ei: quod ergo tu facis signum  
vt videam⁹, & credam⁹ tibi? Quid  
operaris? Patres nostri manduca-  
uerunt manna in deserto, sicut  
scriptum est: panem de cœlo dedit  
eis manducare. Dixit ergo eis I E -  
S V S: Amen amen dico vobis, nō  
Moyses dedit vobis panem de cœ-  
lo, sed pater meus dat vobis panē  
de cœlo verum. Panis enim verus  
est, qui de cœlo descendit: & dat vi-  
tam mundo. Dixerunt ergo ad eū:  
domine, semper da nobis panem  
hunc. Dixit autē eis I E S V S: ego  
sum panis vitæ: qui venit ad me,  
non esu

## CONCORDIA

non esuriet:& qui credit in me,nō  
sitet in æternum. Sed dixi vobis,  
quia & vidistis me,& non credidi-  
stis . Omne quod dat mihi pater,  
ad me veniet:& eum,qui venit ad  
me,non ejciam foras:quia descen-  
di de cœlo,non vt faciam volun-  
tatem meam,sed voluntatem eius  
qui misit me.Hæc est enim volun-  
tas eius,qui misit me patris,vt om-  
ne quod dedit mihi,nō perdam ex  
eo:sed resuscitem illud in nouissi-  
mo die.Hæc est enim voluntas pa-  
tris mei,qui misit me,vt omnis qui  
videt filium,& credit in eum , ha-  
beat vitam æternam:& ego resuf-  
citabo eum in nouissimo die. Mu-  
murabāt ergo Iudæi de illo , quia  
dixisset:ego sum panis viuus , qui  
de cœlo descendī,& dicebant:nō  
ne hic est filius Ioseph? cuius nos  
nouimus

EVANGELISTARVM 81

nouimus patrem, & matrē? Quo-  
modo ergo dicit hic, quia de cœlo  
descēdi? Respōdit ergo I E S V S,  
& dixit eis: nolite murmurare in  
**F** inuicē: nemo potest venire ad me,  
nisi pāter, qui misit me, traxerit eū  
& ego resuscitabo eum in nouissi-  
mo die. Est scriptum in prophetis:  
erunt omnes docibiles dei. Omnis-  
q̄ audiuīt a patre, & didicit, venit  
ad me. Nō quia patrem vidi quis  
quam, nisi is qui est a deo, hic vidit.  
**G** patrem. Amen amen dico vobis,  
qui credit in me, habet vitam æter-  
nam, Ego sum panis vitæ. Patres  
vři māduauerūt māna ī deserto;  
& mortui sunt. Hic est panis d̄ cœ-  
lo descendens: ut si quis ex ipso mā-  
duauerit, non moriatur. Ego sum  
panis viuuus, qui de cœlo descendit:  
si quis manduauerit ex hoc pane

**L** viuet

## CONCORDIA

Vivet in æternū: et panis quē ego  
dabo, caro mea est pro mundi vita  
Litigabāt ergo Iudæi adinuicem  
dicentes: quomodo potest hic no-  
bis carnem suam dare ad mandu-  
candum. Dixit ergo eis I E S V S:  
amen amen dico vobis, nisi mādu-  
caueritis carnem filij hominis , &  
biberitis eius sanguinem, non ha-  
bebitis vitam in vobis. Qui mādu-  
cat meam carnem, & bibit meum  
sanguinem, habet vitam æternam  
& ego resuscitabo eum in nouissi-  
mo die. Caro enim mea vere est  
cibus, & sanguis meus vere est po-  
tus. Qui manducat meam carnem  
& bibit meum sanguinem, in me  
manet: & ego ī illo. Sicut misit me  
vius pater, & ego viuo propter  
patré, & qui manducat me, & ip-  
se viuet propter me. Hic est panis  
qui de

H

## EVANGELISTARVM 81

qui de cœlo descendit. Non sicut  
manducauerunt patres vestri má  
na, & mortui sunt: qui manducat  
hūc panem, viuet in æternū. Hæc  
dixit in synagoga docens in Ca-  
pharnaum. Multi ergo audientes  
ex discipulis eius dixerunt: durus  
est hic sermo: & quis potest eū au-  
dire? Sciens autem I E S V S apud  
semetipsum quia murmurarēt de  
hoc discipuli eius, dixit eis: hoc vos  
scádalizat? Si ergo videritis filium  
hominis, ascendentē ubi erat pri⁹?  
Spiritus est, qui vivificat: caro non  
prodest quicquā. Verba quę ego  
locutus sum vobis, sp̄ritus, & vita  
sunt. Sed sūt quidam ex vobis, qui  
non credunt. Sciebat enim ab ini-  
tio I E S V S, qui essent credentes:  
& quis traditurus esset eum. Et di-  
cebat: propterea dixi vobis, quia

Lij nemo

## CONCORDIA

nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo IESVS ad duodecim: nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus: domine, ad quae ibimus? Verba vitae æternæ habes: & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius dei. Respondit eis IESVS: nonne ego vos duodecim elegi, & ex vobis unus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simonis iscariotis; hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.

## CAPUT. XVIII.



Actum est autem in illo tempore, cum transiret IESVS per sata, sabato secundo primo, discipuli eius &c. Mat. 12.  
Mar. 2.&3  
Lu. 6

A puli eius esurientes cœperunt pro grèdi, & vellebāt spicas, & mādu-  
cabant cōfricantes manibus. Qui-  
dam autem phariseorum vidētes,  
dicebant illis: quid facitis, quod nō  
licet in sabbatis? Et dicebant I E-  
S V: ecce quid faciunt discipuli tuī  
quod nō licet eis facere sabbatis.  
At ille dixit eis: nūnquam nec hoc  
legistis, quod fecit Dauid, quando  
necessitatem habuit, & esurijt ip-  
se, & qui cum eo erant: quomodo  
introuit in domum dei, sub Abia  
thar principe sacerdotum, & pa-  
nes propositionis sumpsit, & man-  
ducauit, & dedit his qui cum ipso  
erant, quos nō licebat ei edere ne-  
q̄ his qui cum ipso erant, nisi so-  
lis sacerdotibus? Aut non legistis  
in lege, quia sabbatis sacerdotes  
in templo sabbatum violant: &

L iij sine cri

Mat.  
12.  
Mar.  
&c.  
u.6  
x.ii

## CONCORDIA

sine crimine sunt? Dico autem **vo**  
**bis**: quia templo maior est hic. Si  
autem sciretis, quid est, misericor-  
diam volo, & non sacrificium, nū-  
quam condēnassetis innocētes. Et  
dicebat eis: sabbatum propter ho-  
minem factum est: & non homo  
propter sabbatū. Dominus enim  
est filius hominis etiam sabbati.  
Et cum inde transfillet, factum est  
in alio sabbato, vt intraret in sy-  
nagogam: & doceret. Et ecce erat  
ibi homo, & manus eius dextera  
arida. Et obseruabāt eum Scribæ,  
& pharisæi, si in sabbato curaret  
vt inuenirent, vnde accusarēt eū:  
& interrogabant eum, dicentes: si  
licet sabbatis curare? Ipse vero  
sciebat cogitationes eorum: &  
sicut homini habenti manum aridā:  
surge in mediū. Et dixit illis: quis  
erit ex

erit ex vobis homo, qui habet ouē  
vnam, & si ceciderit hæc sabbatis  
in foueam, nonne tenēbit, & leua  
bit eam? Quanto magis melior est  
homo ouē? Itaque, licet sabbatis  
bene facere. Cum ergo stetisset in  
medium homo, dixit ad illos I E-  
S V S: interrogo vos: si licet fabba  
tis bene facere, an male: animam  
saluam facere, an perdere? At illi  
tacebant. Et circunspiciens eos cū  
ira, cōtristatus super cæxitatæ cor  
dis eorum, dixit homini: extende  
manum tuam. Et extendit: & resti  
**C**tuta est manus sanitati, sicut alte  
ra. Exeuntes autē pharisei, statim  
cum herodianis consiliū faciebāt  
aduersus eum: & repleti insipien  
tia, colloquebātur adiuvicē, quid  
nam facerēt de I E S V: & quomo  
do eum perderent. I E S V S autē

L iiii sciens,

## CONCORDIA

sciens, recessit inde ad mare. Et dixit IESVS discipulis suis: vt in nauicula sibi deseruiren̄t, propter turbam, ne comprimerent eū: multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum, vt illum tangerent, quot quot habebant plagas: & spiritus immundi, cum illum videbāt, procidebant ei: & clamabant dicētes: tu es filius dei. Et vchemēter comminabatur eis, ne manifestarent illum. Multa nāq̄ turba a Galilæa, & Iudea secuta est eum: & ab Hierosolymis, & ab Idumæa, & trās Iordanem, & qui circa Tyrū, & Sidonem multitudo magna, audentes quæ faciebat, venerunt ad eum: & curauit eos omnes: & præcepit eis, ne manifestum eum facerent: vt adimpleretur, quod dictū est per Esaiam prophetā, dicentē:

ecce puer

ecce puer meus, quem elegi, dilectus meo, in quo bene complacuit animæ meæ, ponā spiritum meū super eum: et iudicium gētibus nū ciabit. Non contédet: nec clama-bit: nec audiet aliquis in plateis vo-cem eius: arūdinem quassatam nō confringet: & lignum fumigās nō extinguet: donec ejciat ad vieto-  
D riam iudicium: & in nomine eius gentes sperabunt. Et veniunt ad domum: et cōuenit iterum turba, ita ut non posset nec panem man-ducare: & cum audissent sui, exie-runt tenere eūm: dicebant enim, quoniam in furorē versus est. Tūc oblatus est ei dœmonium habens, cæcus, & mutus, & erat ejciēs dœ-monium, & curauit eum: cūq; eie-cisset dœmonium, locutus est mu-tus, ac vidit: & stupebant omnes turbæ,

## CONCORDIA

turbæ, & dicebant: nūquid hic est  
filius dauid? Hic Beelzebub habet:  
& nō ejicit dœmones, nisi in Beel  
zebub principe dœmoniorum. I E  
S V S autem sc̄iēs cogitationes eo-  
rum, dixit eis: omne regnum con-  
tra se diuīsum, desolabitur: & om-  
nis ciuitas, vel, domus diuīsa con-  
tra se, non stabit: & si satanas sata-  
nā ejicit, & in se ipsum diuīsus est,  
quomodo ergo stabit regnū eius?  
Quia dicitis, in Beelzebub me ejice-  
re dœmonia. Si autem ego in Beel  
zebub ejicio dœmonia, filij vestri  
in quo ejiciunt? Ideo ipsi iudices ve-  
stri erunt. Porro si ego in dīgito  
\* ac \* spiritu dei ejicio dœmones,  
igitur profecto peruenit ī vos reg-  
nū dei? Aut quomodo potest quis  
quam intrare in domum fortis, &  
vasa eius diripere, nisi prius alliga-  
uerit

uerit forteim? Et tūc domum illius  
diripiet. Cum enim fortis armatus  
custodit atrium suum: in pace sūt  
ea, quæ possidet: Si autē fortior eo  
superueniens vicerit eum, vniuer-  
sa arma eius auferet, in quibus cō-  
fidebat: & spolia eius distribuet.  
Qui non est mecum, cōtra me est:  
& qui non colligit mecum, disper-  
git. Ideo amen dico vobis: quoniā  
omnia dimittētur filijs hominum  
peccata, & blasphemīæ quib⁹ blas-  
phemauerint: qui autem spiritu  
blasphemīæ blasphemauerit ī spi-  
ritum sanctum, nō habebit remis-  
sionem in aeternum: sed reus erit  
aeterni delicti. Et quicūq; dixerit  
verbum contra filium hominis, re-  
mittetur ei: qui autem dixerit con-  
tra spiritum sanctum, nō remittet  
ei: nec in hoc sæculo, nec ī futuro.

(Quoniā

## CONCORDIA.

(Quoniam dicendant spiritum im-  
mundum habet.) Aut facite arbo-  
rem bonā, & fructum eius bonū:  
aut facite arborem malam, & fru-  
ctum eius malum: siquidem ex fru-  
ctu arbor cognoscitur. Progenies  
viperarum, quomodo potestis bo-  
na loqui, cum sitis mali? Ex abun-  
dātia enim cordis os loquitur. Bo-  
nus homo de bono thesauro pro-  
fert bona: & malus homo de ma-  
lo thesauro profert mala. Dico au-  
tem vobis, quoniam omne verbū  
otiosum quod locuti fuerint homi-  
nes, reddent rationem de eo in die  
iudicij. Ex verbis enim tuis iustifi-  
caberis: & ex verbis tuis condēna-  
beris.

## C A P V T . X I X .

**T**Vnc quidā de scribis, & pha-  
risæis tētantes, signū de cœlo  
quere

querebant ab eo: respondentesq;  
 Mat. dicebant. Magister, volumus a te  
<sup>12.</sup> signum videre. Turbis autem con-  
 Mar. currentibus, cœpit respondens, di-  
<sup>3.</sup> Lu. 6 cere illis: generatio hæc nequam  
<sup>& ii.</sup> est. Generatio mala, & adultera si  
<sup>& 12.</sup> gnum querit: & signum non dabi

A tur ei, nisi signū Ione prophætæ:  
 nam sicut fuit Ionas signum Nini-  
 uitis, ita erit filius hominis genera-  
 tioni isti. Sicut enim fuit Ionas in  
 ventre ceti tribus diebus, & trib⁹  
 noctibus, sic erit filius hominis in  
 corde terræ tribus diebus, & trib⁹  
 noctibus. Viri Niniuitæ surgēt in  
 iudicio cū generatione hac, & con-  
 dénabunt illam: quia pœnitētiā  
 egerunt in prædicatione Ionæ, &  
 ecce plusquam Ionas hic. Regina  
 Austri surget in iudicio cum gene-  
 ratione ista, et condemnabit eam:  
quia ve

## CONCORDIA

quia venit a finibus terræ, audire  
sapientiā Salomonis: & ecce plus-  
quam Salomon hic. Cum immun-  
dus spiritus exierit ab homine, am-  
bulat per loca arida, & inaquosa  
quærēns requiem: & non inueniēs  
tūc dicit: reuertar in domum meā,  
vnde exiui. Et cum venerit inue-  
nit eam scopis mundatam, & or-  
natam. Tunc vadit, & assūmit sep-  
tem alios spiritus secū nequiores  
se, & ingressi habitant ibi: & fiunt  
nouissima hominis illius peiora  
priorib<sup>o</sup>. Sic erit generationi huic  
pessimæ. Factum est autem cū hęc  
diceret, extollens vocem quædam  
mulier de turba, dixit illi: beatus  
vēter qui te portauit: et vbera quæ  
suxisti. At ille dixit: quinīmo beati  
qui audiunt verbum dei: & custo-  
diunt illud. Adhuc eo loquéte ad  
turbas

turbas, ecce mater eius, & fratres  
**C** venerunt ad illum, querentes loqui  
ei, nec poterat adire eum præ tur-  
ba: & foris stantes miserunt ad eum,  
vocantes eum. Et sedebat circa eum  
turba: & dicunt ei: ecce mater tua  
& fratres tui foris stant, querentes  
te videre. Ad ipse respodens dicet  
ti sibi ait: quae est mater mea, et qui  
sunt fratres mei? Et extendens ma-  
nus in discipulos suos, circumspicit  
eos qui in circuitu eius sede-  
bat, ait: ecce mater mea, & fratres  
mei. Quicunque enim audierit verbū  
Dei patris mei, qui in cœlis est, et fe-  
cerit voluntatem eius, ipse frater  
meus, & soror mea, & mater est.  
**D** Et cum loqueretur, rogauit illum  
quidam pharisæus, ut pranderet a-  
pud se. I E S V S autem ingressus,  
recubuit. Pharisæus autem cœpit  
intra

## CONCORDIA.

intra se reputans,dicere:quare nō baptizatus effet ante prādium . Et ait dominus ad illum:nūc vos pharisei,quod de foris est calicis, & cātini mundatis:quod autem int̄ est vēltrum,plenum est rapina: & ini quitate.Stulti,nōne qui fecit,quod de foris est,etiam id quod de intus est,fecit? Vērum tamē,quod super

  
Quidam vo-  
lūt:datis ele-  
mosynā dici,  
vt exprobrā  
tis sit, nō ad  
monētis.Nō  
enim conue-  
nit,(vt aiūt)  
vt quos mo-  
do fecerit tā  
scelerosos, su-  
bito data ele  
est, date eleemosynā:  
& ecce omnia munda  
sunt vobis.Sed vae vo-  
bis phariseis,qui deci-  
matis mētam,& rutā,  
& oīnne olus:& prete-  
ritis iudicium,& chari-  
tatē dei. Hec oportuit  
facere:et illa nō omit-  
tere:Vae vobis phari-  
seis,q̄ diligitis primas  
cathedras ī synagogis  
& salu-

# EVANGELISTARVM 89

& salutationes in fo- emofyna, ve  
ro. Vx vobis, q̄a estis lit vndiqua-  
vt monumēta, que nō q; mundos  
parēt:& homines am videri.  
bulātes supra, nesciūt.



Respondens autem quidam ex le-  
gis peritis, ait illi: magister, hęc di-  
cens, etiam contumeliam nobis fa-  
cis. At ille ait:& vobis legis peritis

E vae, quia oneratis homines oneri-  
bus, que portare nō possunt: & ip-  
si, uno digito vestro, non tangitis  
sarcinas. Vx vobis, qui ædificatis  
monumenta prophetarum: patres  
autem vestri occiderunt illos. Pro-  
fecto testificamini, q̄  
cōsentitis operib⁹ pa-  
trū vestrorū, quoniā  
quidem ipsi eos occi-  
derūt: vos autem ædifi-  
catis eorū sepulchra.



Quasi dice-  
ret: in hoc te  
timonio vo-  
bis metipſis  
estis: q̄ non

M Prop

## CONCORDIA

Si dignamini, Propterea & sapiētia  
quācumqno, ī dei dixit: mittā ad illos  
genue profi- prophetas, & aposto-  
temini, vos los, & ex illis occidēt,  
esse filios eo & persequentur: vt in  
rum, qui pro quiratur sanguis om-  
phetas occi- nium prophetarū, qui  
derunt: in cu effusus est a constitū-  
ius rei testi- tione mundi, a genera-  
moniū, isto- tione ista: a sanguine  
rum ædifica Abel, vsq; ad sanguinē  
tis sepulchra nem Zacharię, qui pe-  
& nihilomi- riit iter altare, & ædē.  
nus imitami Ideo dico vobis: requi-  
ni illorū ma- ret ab hac ḡnatione.  
la opera.

Vx vobis lēgis peritis, qui tulistis  
clauem scientię: ipsi non introi-  
stis, & eos qui introibant, prohibui-  
stis. Cum autem hęc ad illos dice-  
ret, cœperunt pharisaī, & legis pe-  
riti grauiter insistere, & os eius  
opprime

EVANGELISTARVM 90

opprimere, de multis insidiates ei:  
et querentes aliquid capere de ore  
eius, ut accusarent eum. Quidam

F autem de turba ait ei: magister, dic  
fratri meo, ut diuidat mecum he-  
reditatem. At ille dixit ei: homo,  
quis me constituit iudicem, aut di-  
uisorē super vos? Dixitq; ad illos:  
videte, & cauete ab omni avaritia  
quia non in abundantia cuiusquā  
vita eius est, ex his quę possidet. Di-

G xit autem similitudinem ad illos,  
dicens: hominis cuiusdam diuitis,  
vberes fructus ager attulit: & cogi-  
tabat intra se, dicens: quid faciam,  
quia non habeo quo congregē fru-  
ctus meos? Et dixit, hoc faciam: de-  
struam horrea mea, & maiora fa-  
ciam, & illuc congregabo omnia,  
quę nata sunt mihi, & bona mea,  
et dicam animę mee: a summa, habes

Mij multa

## CONCORDIA

multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comedere, bibe, epulare. Dixit autem illi deus: stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te: quę autem parasti cuius erūt? Sic eis, qui thesaurizat: & nō est in deum diues.

## CAPVT. XX.

 Ost hec erat dies festus Ios.  
Iudeorum, & ascendit Lu.10  
IESVS Hierosolymā. A  
Est autē Hierosolymis  
probata piscina, quę cognomi-  
natur hébraicæ bethsaida, quin  
porticus habēs. In his iacebat mul-  
titudo magna languentium, cecor-  
um, claudorum, aridorum, expe-  
ctantium aquę motum. Angelus  
autem domini descendebat secū-  
dum tempus in piscinam, & moue-  
batur

## EVANGELISTARVM 91

batur aqua:& qui prior descendis-  
set in piscinam post motionem a  
quæ sanus fiebat , a quacumq; deti-  
nebatur infirmitate. Erat autē qui  
dam homo ibi,triginta & octo an-  
nos habens in infirmitate sua. Hūc  
cum vidisset I E S V Siacentem, et  
cognouisset,quia iam multum tē-  
pus haberet , dicit ei:vis sanus fie-  
ri? Respondit ei languidus:domi-  
ne,hominem non habeo , vt cum  
turbata fuerit aqua , mittat me in  
piscinam:dum venio enim ego, a-  
lius ante me descēdit. Dicit ei I E-  
S V S:surge,tolle grabatum tuum  
& ambula. Et statim sanus factus  
est homo ille:et sustulit grabatum  
suum,& ambulabat. Erat autem  
sabbatum in die illo. Dicebant er-  
go Iudei, illi qui sanat<sup>o</sup> fuerat : sab-  
batum est , non licet tibi tollere

M iij      graba

Io.5.  
Lu.10  
A

## CONCORDIA

grabatum tuum. Respōdit eis: qui  
me sanum fecit , ille mihi dixit:  
tolle grabatum tuum, & ambula.  
Interrogauerūt ergo eum: quis est  
ille homo, qui dixit tibi, tolle gra-  
batum tuum, & ambula? Is autem  
qui sanus fuerat effectus, nesciebat  
quis esset: I E S V S enim declina-  
uit a turba constituta in loco. Pos-  
tea inuenit cū I E S V S in templo,  
& dixit illi: ecce sanus factus es, iā  
noli peccare: ne deterius tibi aliqd  
contingat. Abiit ille homo, et nun-  
cavit Iudeis, quia I E S V S esset,  
qui fecit eum sanū. Propterea per-  
sequebātur Iudæi I E S V M: quia  
hæc faciebat in sabbato. I E S V S  
autem respondit eis: pater meus us-  
que modo operat: et ego operor.  
Propterea ergo magis querebant  
eum Iudæi interficere: quia non  
solum

## EVANGELISTARVM 92

solum soluebat sabbatum, sed &  
patrem suum dicebat deum: æqua  
**B** lem se faciēs deo. Respōdit itaque  
IESVS, & dixit eis: Amen amen  
dico vobis, non potest filius a se fa-  
cere quicquam, nisi quod viderit  
patrem facientem. Quæcūq; enim  
ille fecerit, hæc et filius similiter fa-  
cit. Pater enim diligit filiū: & om-  
nia demonstrat ei, quæ ipse facit: &  
maiora his demonstrabit ei opera,  
ut vos miremini. Sicut enim pater  
suscitat mortuos, & viuificat, sic et  
fili⁹ quos vult viuificat. Neq; enim  
pater dijudicat quæq;, sed omne iu-  
dicium dedit filio: ut omnes hono-  
rificant filium, sicut honorificant  
patrem. Qui non honorificat filiū,  
nō honorificat patrem, qui misit  
illum. Amen amē dico vobis, quia  
qui verbum meum audit, & credit

Miiij ei qui

## CONCORDIA

ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit: sed transiit a morte in vitam. Amē a-  
mē dico vobis, quia venit hora, &  
nunc est, quando mortui audient  
vocem filij dei: & qui audierint vi-  
uet. Sicut enim pater habet vitam  
in semetipso, sic dedit & filio, vitā  
habere in semetipso: & potestatē  
dedit ei iudicium facere, quia filius  
hominis est. Nolite mirari hoc, qā  
venit hora, in qua omnes qui ī mo-  
numētis sūt, audiēt vocē filij dei: et  
procedēt qui bona fecerūt, ī resur-  
rectionē vitæ: qui vero mala ege-  
runt, in resurrectionē iudicij. Nō  
possum ego a me ipso facere quic-  
quam, sicut audio iudico : & iudi-  
cium meum iustum est: quia non  
quero voluntatem meam: sed vo-  
luntatem eius, qui misit me. Si ego  
telimo

testimonium perhibeo d̄ me ipso,  
testimonium meum non est verū.  
Alius est qui testimonium perhi-  
bet de me, & scio quia verū est te-  
stimonium eius: quod perhibet de  
me. Vos misistis ad Ioānem, & te-  
stimentiū perhibuit veritati. Ego  
autem non ab homine testimoniū  
accipio: sed hæc dico, vt vos salui  
sitis. Ille erat lucerna ardens, & lu-  
cens: vos autem voluistis ad horā  
exultare in luce eius. Ego autē ha-  
beo testimonium maius Ioanne.  
Opera enim quæ dedit mihi pater  
vt perficiā ea, ipsa opera quæ ego  
facio, testimonium perhibent de-  
me: quia pater misit me: & qui mi-  
sit me pater, ipse testimonium per-  
hibet de me. Neque vocē eius vn-  
quam audistis, neq; speciē eius vi-  
distis: & verbum eius non habetis  
in vobis

## CONCORDIA

in vobis manens:quia quem misit ille, huic vos non creditis. Scrutamini scripturas , quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere : & illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me:& nō vultis venire ad me, vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus nō accipio: sed cognoui vos, quia dilectionem dei nō habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me si alius venerit in nomine suo, illū accipietis . Quomodo vos potestis credere, qui gloriā ab inuicē accipitis : & gloriam, quæ a solo deo est, non queritis? Nolite putare, qā ego accusaturus sum vos apud patrem, est qui accusat vos Moyses: in quo vos speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi : de me enim ille scripsit. Si autem

autem illius literis nō creditis, quo  
modo verbis meis credetis? Factū  
cīt autem dum irent, & ipse intra  
**E**uit in quoddam castellum: & mu-  
lier quēdā Martha no  
mine, excepit illum in Hęc dum as  
domum suam: & huic cēderet Hie  
erat foror, nomine rosolymā in  
Maria: quæ etiā sedēs itinere conti-  
sec<sup>o</sup> pedes domini, au gere: quę per  
diebat verbum illius. recapitulati-  
Martha autem fatage onem narrā  
tur.  
bat, circa frequens mi  
nisterium. Quæ stetit, & ait: domī  
ne, non est tibi curæ, quod foror  
mea reliquit me solā ministrare?  
Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et res-  
pondens dixit illi dominus: Mar-  
tha, Martha, solicita es, & turbaris  
erga plurima. porro vnum est ne-  
cessarium. Maria optimam partē  
elegit

# CONCORDIA

elegit: que non auferetur ab ea.

## CAPVT. XXI.

Derant autem quidam,  
ipso in tempore, nunciā  
tes illi de Galilæis, quo-  
rum sanguinem Pilatus  
miscuit cum sacrificijs eorū. Et res-  
pondens dixit illis: putatis quod hi  
Galilæi, præ omnibus Galilæis, pe-  
ccatores fuerint: quia talia paſſi-  
funt? Non dico vobis: sed niſi pœ-  
nitentiam habueritis, omnes ſimi-  
liter peribitis: ſicut illi decem &  
octo, ſupra quos cecidit turris in Si-  
loe, & occidit eos. Putatis, quia &  
ipſi debitores fuerint præter om-  
nes homines habitantes in Ieruſa-  
lem? Non dico vobis: sed ſi pœni-  
tentiam non habueritis, omnes  
ſimiliter peribitis. Dicebat autem  
& hanc



Luc.  
13, &  
14  
A

EVANGELISTARVM ,

& hanc similitudinem: arborē fici  
habebat quidam plantatam in vi-  
**B**nea sua, & venit quērens fructum  
in illa: & non inuenit. Dicit autem  
ad cultorem vineæ: ecce anni tres  
sunt, ex quo venio quērens fructū  
in ficolnea hac, & nō inuenio: sic  
cide ergo illam: ut quid etiā terrā  
occupat? At ille respondens, dicit  
illi: domine, dimitte illā & hoc an-  
no, usque dum fodiā circa illam, et  
mittam ttercora, & si quidem fece-  
rit fructum: sin autem in futurum  
**C**succides eam. Erat autem docens  
in synagoga eorum sabbatis. Et  
ecce mulier quæ habebat spiritum  
infirmitatis annis decem & octo,  
et erat inclinata: nec omnino pote-  
rat sursum respicere. Quam cum  
videret IESVS vocauit eam ad  
se, & ait illi: mulier dimissa es ab  
infirmi

## CONCORDIA

infirmitate tua. Et iposuit illi manū, & cōfēlētūm erēcta est: et glorificabat dēū. Respondens autem archisynagog⁹ indignās, quia sabbatis curasset I E S V S, et dicebat turba: sex dies sunt, in quib⁹ oportet operari: in his ergo venite, & curamini: & nō in die sabbati. Respondens autem ad illum dōminus, dixit: Hypocritæ, vnuſquisq; veſtrū sabbato non ſoluit bouem ſuum, aut aſinum a præſepio, & ducit ad aquarē? Hanc autem filiam Abrahæ, quā alligauit satanas, ecce deccē et octo annis: nō oportuit ſolui a vinculo iſto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubefceabant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat, in vniuersis quæ glorijs ſiebant ab eo. In ipſa die accedērunt quidam phariseorū dicentes: exi, &

D

## EVANGELISTARVM 96

exi, & vade hinc: quia Herodes vult te occidere. Et ait illis: ite, & dicite vulpi illi: ecce eiicio dæmonia, et sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consumor. Veruntamen oportet me hodie, & cras, & sequēti die ambalare: quia nō capit prophetam perire extra Ierusalē. Et factum est, cum introisset I E S V S

E in domum cuiusdā principis phariseorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidā hydropicus erat ante illū. Et respondens I E S V S, dixit ad legisperitos, & phariseos: si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse vero apprehēsum sanuit eum: ac dimisit. Et respondens ad illos, dixit: cuius vestrum a finē, aut bos in puteum cadet, & nō continuo extrahet illum die sabbati?

Et non

## CONCORDIA

Et non poterant ad hæc responde  
re illi. Dicebat autem & ad inuita  
tos parabolam, intendens quomo  
do primos accubitus eligerent, di  
cens ad illos: cum inuitatus fueris  
ad nuptias, non discumbas in pri  
mo loco, ne forte honoratior te sit  
inuitatus ab illo: et venies is qui te  
et illum vocauit, dicat tibi: da huic  
locum: & tunc incipias cum rubo  
re nouissimū locum tenere. Sed cū  
vocatus fueris, vade recube in no  
uissimo loco: ut cū venerit qui te  
inuitauit, dicat tibi: amice ascende  
superius. Tunc erit tibi gloria co  
ram simul discubentibus: quia  
omnis qui se exaltat, humiliabit:  
& qui se humiliat, exaltabitur. Di  
cebat autem & ei, qui se inuitau  
rat: cum facis prandium, aut cœ  
nā noli vocare amicos tuos, neq;  
cognatos

cognatos, neque vicinos, neque diuites, ne forte te et ipsi reinuitent,  
& fiat tibi retributio, sed cū facis  
cōuiuum, voca pauperes, debiles,  
claudos, & cæcos, & beat⁹ eris: q̄a  
non habent retribuere tibi: retri-  
buetur enim tibi in resurrectione  
iustorum. Hæc cum audisset qui-  
dām de simul discubentibus, di-  
xit illi: beatus qui manducabit pa-

**H**nem in regno dei. At ipse dixit ei:  
homo quidam fecit cœnā magnā,  
& vocauit multos, & misit seruū  
suū hora cœnæ dicere inuitatis, vt  
vénirent, quia iā parata sunt ḥnia:  
& cœperunt simul ḥnes excusare.  
Prīm⁹ dixit ei: villā emi, et necesse  
habeo exire, & viderē illā: rogo te  
habe me excusatū. Et alter dixit:  
iuga boū emi quinqꝫ, & eo proba-  
re illa: rogo te, habe me excusatū.

**N**      Et aliud

## CONCORDIA

Et alius dixit: vxorē duxi, & ideo  
non possum venire. Et reuersus  
seruus nūciauit hæc domino suo.  
Tunc iratus paterfamilias dixit  
seruo suo: exi cito in plateas, & vi-  
cos ciuitatis, & pauperes, ac debi-  
les, & cæcos, & claudos introduc  
huc. Et ait seruus: domine factū est  
vt imperasti: et adhuc locus est. Et  
ait dominus seruo: exi in vias, & se-  
pes, et compelle intrare: vt implea-  
tur domus mea. Dico autem vobis  
quod nemo virorum illorum, qui  
vocati sunt, gustabit cœnam meā.  
I  
Ibāt autem turbæ multæ cum eo:  
& conuersus dixit ad illos: si quis  
venit ad me, & non odit patrē suū  
& matrem, & vxorem, & filios, et  
fratres, et sorores, adhuc autem et  
animā suam, non potest meus esse  
discipulus: & qui non baiulat cru-  
cem suā

## EVANGELISTARVM 98

cem suam, & venit post me, nō potest me esse discipulus. Quis enim ex vobis volēs turrim ædificare, nonne prius sedens cōputat sump<sup>t</sup>us, qui necessarij sunt, si habet ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiāt illudere ei, dicentes: quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit cōsummare? Aut quis rex, itur comittere bellum aduersus aliū regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem millibus occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se. Alioquin adhuc illo longe agente, legationem mittens, rogarat ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui nō renunciat omnibus quæ possidet, nō potest me esse discipulus.

Nij CAPVT

# CONCORDIA

## CAPVT. XXII.

**P**Ost hæc autem ambulabat I E  
S V S in Galilæam, non enim  
volebat ī Iudeam ambulare: quia  
quærebant eum Iudei interficere.  
Erat autem in proximo dies festus  
Iudeorum Scenophegia, Dixerūt  
autem ad eum fratres eius: transi  
hīc, & vade in Iudeā, ut et discipu  
li tui videant opera tua quæ facis:  
nemo quippe in occulto quid facit  
& querit ipse in palam esse. Si hæc  
facis, manifesta te ipsum mundo.  
Nec enim fratres eius credebāt ī  
eum. Dicit ergo eis I E S V S: tem  
pus meum nondum aduenit: tem  
pus autem vestrum semper est pa  
ratum. Non potest mundus odire  
vos, me autem odit: quia ego testi  
monium perhibeo de illo, quod o  
pera eius mala sunt. Vos ascendite  
ad diē

Io.7

A

## EVANGELISTARVM 99

Io. 7  
A

ad diē festum hunc, ego enim non  
 Aps ascendam ad diem festum: istum:  
 non dum im-  
 dū as pletum est. Hæc cum dixisset, ipse  
 cedo mansit in Galilæa. Vt autem ascē  
 derunt fratres eius: tunc & ipse af-  
 cendit ad diem festum: non mani-  
 feste, sed quasi in occulto. Iudæi er-  
 go querebant eum in die festo, &  
 dicebant: vbi est ille? Et murmur  
 multum erat in turba de eo. Qui-  
 dam enim dicebāt, quia bonus est:  
 alij autem dicebant, non: sed sedu-  
 cit turbas. Nemo tamen, palam lo-  
 quebatur de illo, propter metum  
 iudeorum. Iā autem die festo me-  
 diante ascēdit I E S V S in templū  
 B & docebat. Et mirabantur Iudæi:  
 dicentes: quomodo hic literas scit,  
 quū non didicerit? Respondit eis  
 I E S V S, et dixit: mea doctrina nō  
 N ijj est mea

## CONCORDIA

est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscet doctrinam, utrum ex deo sit: an ego a me ipso loquar. Qui a semetipso loquitur, gloriā propriam querit, qui autem querit gloriam, eius qui misit eum, hic verax est: & iniustitia in illo non est. Nonne Moyses dedit vobis legem & nemo ex vobis facit legē? Quid me queritis interficere? Respondit turba, & dixit; dæmonium habes; quis te querit interficere? Respondit I E S V S, & dixit eis: unū opus feci: & omnes miramini. Proterea Moyses dedit vobis circumcisioνē non quia ex Moysē est, sed ex patribus; et in sabbato circumcidit hominem. Si circumcisioνem accipit homo in sabbato, ut non soluatur lex Moysi, mihi indignamini, quia totum

## EVANGELISTARVM 100

totum hominem sanum feci in fab-  
bato? Nolite iudicare secundū fa-  
ciem: sed iustū iudicium iudicate.

C Dicebant ergo quidam ex Hiero-  
solymis: nonne hic est, quem que-  
runt interficere? Ecce palā loqui-  
tur, & nihil ei dicunt. Nunquid ve-  
re cognoverūt principes, quia hic  
est Christus? Sed hunc scimus, vnde  
sit. Christus autem cū venerit,  
nemo scit vnde sit. Clamabat er-  
go I E S V S in templo docens , &  
dicens: & me scitis, & vnde sim sci-  
tis: & a me ipso non veni. Sed est  
ver⁹, qui misit me: quē vos ncscitis.  
Ego scio eū: & si dixerō, quia nel-  
cio eum, ero similis vobis mēdax:  
sed scio eum, quia ab ipso sum : &  
ipse me misit. Querebant ergo cū  
apprehendere: & nemo misit in  
illum manus, quia non dū venerat

N iij hora

## CONCORDIA

hora eius. De turba autem multi  
crediderunt in eum, & dicebant:  
Christus cum venerit, nūquid plu-  
ra signa faciet: q̄d quæ hic facit?  
Audierunt pharisei turbam mur-  
murantem de illo hæc, & miserūt  
principes, et pharisei ministros, vt  
apprehenderent I E S V M. Dixit D.  
ergo eis I E S V S: adhuc modicū  
tempus vobiscum sum, & vado ad  
eum, qui me misit. Queretis me, &  
nō inuenietis: & vbi ego sum, vos  
non potestis venire. Dixerūt ergo  
Iudei ad se metipos: quo hic itur  
est, quia nō inueniem⁹ eū? Nūquid  
in dispersionē gentiū iturus est, &  
docturus gētes? Quis est hic sermo  
quem dixit: queretis me, & non in-  
uenietis: & vbi sum ego, vos non  
potestis venire? In nouissimo au-  
tem die magno festiuitatis, stabat  
Iesus

I E S V S, et clamabat, dicēs: si quis  
sītit veniat ad me, & bibat: qui crē-  
dit in me, sicut dicit scriptura, flu-  
mina de ventre eius fluēt aquæ vi-  
uæ. Hoc autem dixit d̄ spiritu, quē  
accepturi erant credentes in eum:  
nondum enim erat spiritus datus,  
quia I E S V S nondum erat glori-  
ficatus. Ex illa ergo turba, cum au-  
Edissent hos sermones eius, dicebāt;  
hic est vere propheta. Alij dicebāt  
hic est Christus. Quidam autem di-  
cebant: nunquid a Galilæa venit  
Christ⁹? Nōne scriptura dicit: quia  
ex semine Dauid, et d̄ Bethlehē cā-  
stello, vbi erat Dauid, venit Chri-  
stus? Dissensio itaq; facta est in tur-  
ba propter eum. Quidam autē ex  
ipsis volebant apprehendere eum  
sed nemo misit super eum manus.  
Venerunt ergo ministri ad ponti-  
fices,

## CONCORDIA

fices, & phariseos, & dixerunt eis  
illi: quare nō adduxistis illum? Res-  
ponderunt ministri: nunqꝝ sic  
locutus est homo: sicut hic loquitꝝ.  
Responderunt ergo eis pharisei:  
nunquid & vos seducti estis? Nun-  
quid ex principibꝝ aliquis credidit  
in eum, aut ex phariseis? Sed tur-  
ba hæc, quæ non nouit legem, ma-  
ledicti sunt. Dixit Nicodemus ad  
eos, ille qui venit ad eū nocte, qui  
vnus erat ex ipsis: nunquid lex nos-  
tra iudicat hominem, nisi prius au-  
dierit ab ipso: & cognouerit, quid  
faciat? Responderunt, & dixerunt  
ei: nunquid & tu Galilæus es? Scru-  
tare scripturas, & vide, quia a Ga-  
lilæa propheta non surgit. Et re-  
uersi sunt vnusquisqꝝ in domum  
suam.

## CAPVT. XXIII.

Iesu

Io. 8

A

ESVS autem perrexit  
in montem Oliueti: &  
dilucenlo iterū venit in  
templū: & omnis popu-  
lus venit ad eum: & sedens doce-  
bat eos. Adducunt autem scribæ,  
& pharisæi mulierem in adulterio  
deprehensam: & statuerūt eam in  
medio, & dixerūt ei: magister, hæc  
mulier modo deprehensa est in a-  
dulterio: in lege autē Moyses man-  
dauit nobis huiusmodi lapidare:  
tu ergo quid dicis? Hoc autem dice-  
bant, tentantes eum: ut possent ac-  
cusare eum. IESVS autem incli-  
nans se deorsum: digito scribebat  
in terram. Cū ergo perseuerarent  
interrogātes, erexit se, & dixit eis:  
qui sine peccato est vestrū, primus  
in illam lapidem mittat. Et iterū  
se inclinans scribebat in terram.

Audientes



## CONCORDIA

Audientes autem hæc, vnum post  
vnum exibant, incipientes a senio  
ribus: & remansit solus I E S V S:  
& mulier in medio stans. Erigens  
autem se I E S V S, dixit ei: mulier  
vbi sunt, qui te accusabāt? Nemo  
te cōdēnauit? Quæ dixit: nemo do  
mine. Dixit autē I E S V S: nec ego  
te condemnabo: vade, & iam am- B  
plius noli peccare. Iterum ergo lo  
cutus est eis I E S V S, dicens: ego  
sum lux mūdi: qui sequitur me, nō  
ambulat ī tenebris: sed habebit lu  
men vitæ. Dixerunt ergo ei phari  
sæi: tu de te ipso testimonium per  
hibes: testimonium tuum non est  
verum. Respondit I E S V S, & di  
xit eis: & si ego testimonium perhi  
beo de me ipso, verum est testimo  
nium meum: quia scio vnde veni,  
& quo vado: vos autem nescitis,  
vnde

vnde venio, aut quo vado. Vos se  
cundum carnem iudicatis: ego no  
iudico quemque: et si iudico ego,  
iudicium meum verum est, quia so  
lus non sum, sed ego, et qui me mi  
sit pater. Et in lege vestra scriptum  
est: quia duorum hominum testimo  
niuum verum est. Ego sum qui testimo  
niuum perhibeo de me ipso: & testi  
monium perhibet de me, qui misit  
me pater. Dicebant ergo ei: ubi est  
pater tuus? Respondit IESVS:  
neque me scitis: neque patrem meum. Si  
me sciretis, forsitan et patrem meum sci  
retis. Hec verba locutus est IESVS  
in gaudophilatio docens in templo, et  
nemo apprehendit eum, quia nec  
dum venerat hora eius. Dixit ergo  
eis iterum IESVS: ego vado, &  
queretis me: & in peccato vestro  
moriemini. Quo ego vado, vos no  
potestis

## CONCORDIA

poteſtis venire. Dicebant ergo Iudei: nūquid īterficiet ſemetipſum? Quia dicit, quo ego vado, vos non poſteſtis venire? Et dicebat eis. Vos deorsum eſtis: ego d̄ supernis ſum. Vos de hoc mundo eſtis: ego nō ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini ī peccatis veſtris. Si enim non credideritis, quia ego ſum, moriemini īn peccato veſtro. Dicebant ergo eis: tu quis es? Dixit eis I E S V S: principium, qui et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui, et iudicare: ſed qui me misit verax eſt, et ego quae audiui ab eo, hæc loquor īn mundo. Et non cognouerunt, quia patrē eius dicebat deum. Dixit ergo eis I E S V S: cū exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego ſum, & a me ipſo, facio nihil: ſed ſicut docuit me pater

me pater, hæc loquor. Et qui me misit, mecum est, & non reliquit me solus: quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo IESVS ad eos, qui crediderunt ei Iudæos: si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem: & veritas liberabit vos. Respoderunt ei: semen Abrahæ sumus, et nemo ni seruiuimus vñquam: quomodo tu dicis. Liberi eritis? Responderit eis IESVS: amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: seruus autem non manet in domo in æternum: filius autem manet in æternum. Si ergo vos filius liberauerit, vere liberi eritis. Scio, quia filii Abrahæ estis: sed queritis me interficere, quia sermo

## CONCORDIA

sermo meus non capit in vobis.  
Ego, quod vidi apud patrem, lo-  
quor: & vos, quæ vidistis apud pa-  
trem vestrum, facitis. Respōderūt  
& dixerunt ei: pater noster Abra-  
ham est. Dicit eis I E S V S: si filij  
Abrahæ estis, opera Abrahæ faci-  
te. Nunc autem queritis me inter-  
ficere hominem, qui veritatem vo-  
bis locutus sum, quā audiui a deo:  
Hoc Abraham non fecit: vos faci-  
tis opera patris vestri. Dixerūt ita  
qz ei: nos ex fornicatione non fu-  
imus nati: vnum patrem habemus  
deum. Dixit ergo eis I E S V S. Si  
deus pater vester esset, diligaretis  
vtiqz me. Ego enim ex deo pro-  
cessi, & veni: neqz enim a me ipso  
veni, sed ille me misit. Quare lo-  
quela meam non cognoscitis?  
Quia nō potestis audire sermonē  
meum

# E V A N G E L I S T A R V M 103

meum. Vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. Ille homicida erat ab initio: & in veritate nō stetit, quia nō est veritas in eo. Cū loquit̄ mēdaciū, ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. Ego autem si veritatē dico, nō creditis mihi? Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico vobis, quare non creditis mihi? Qui ex deo est, verba dī audit. Propterea vos non auditis quia ex deo nō estis. Responderū ergo Iudæi, & dixerunt ei: nonne bene dicim⁹ nos, quia samaritan⁹ es tu, & dæmonium habes? Respo- dit I E S V S: ego dæmonium non habeo, sed honorifico patrē meū: & vos inhonorastis me. Ego autē non quero gloriam meam: est qui querat, et iudicet. Amē amen dico.

O      vobis

## CONCORDIA

Vobis, si quis sermonem meum seruauerit, morte non videbit in aeternum. Dixerunt ergo Iudei: nunc cognouimus, quia dæmonium habes. Abraham mortuus est, & prophetæ, & tu dicis: si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in aeternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? Et prophetæ mortui sunt. Quem te ipsum facis? Respondebit IESVS: si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus, qui glorificat me: quem vos dicitis, quia deus noster est: & non cognovistis eum: ego autem noui eum. Et si dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax. Sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit, ut videtur die meum, & vidi: & gaudens est. Dixi

est. Dixerunt ergo Iudei ad eum: quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidisti? Dixit eis IESVS: amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides, ut iacerent in eum: IESVS autem abscondit se: & exiuit de templo.

## CAPVT. XXIII.

Io.9.

A



T præteriens IESVS, vidit hominem cæcum a nativitate, & interrogauerunt eum discipuli eius: Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius: ut cæcus nasceretur? Respondit IESVS: neque hic peccauit, neque parentes eius: sed ut manifestentur opera dei in illo. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox, Oij quando

## CONCORDIA

quādo nemo potest operari. Quādiu sum in mundo, lux sum mundi. Hoc cū dixisset, expuit in terrā, & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei: vade, laua in natatoria Siloe, (quod interpretatur missus) abiit ergo, & lauit: & venit vidēs. Itaque vicini, & qui viderant eum prius, quia mendicus erat, dicebant: non ne hic est, qui sedebat, & mendicabat? Alij dicebāt: quia hic est. Alij autem, nequaquam: sed similis est ei. Ille vero dicebat: quia ego sum. Dicebāt ergo ei: quomodo apti sunt tibi oculi? Respōdit: ille homo, qui dicit I·E·S·V·S, lutū fecit, & vnxit oculos meos, et dixit mihi: vade ad natatoria Siloæ, & laua: & abiij: & laui: & video. Et dixerūt ei: ubi est ille? Ait: nescio. Adducunt eum ad phari-

## EVANGELISTARVM 107

phariseos, qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatum, quādo lutum fecit I E S V S, & aperuit oculos ei⁹. Iterum ergo interrogabant eum pharisei, quomodo vidisset: Ille autem dixit eis: lutum mihi posuit super oculos, & laui, & vidieo. Dicebant ergo ex phariseis quidā: non est hic homo a deo, qui sabbatum non custodit. Alij autem dicebāt: quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Et schisma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterū: tu quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos? Ille autē dixit: quia propheta est. Non crediderunt ergo Iudei de illo, quia cæcus fuisset, & vidisset: donec vocauerunt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes: hic est filius vester, quē vos dicitis, quia cæcus

O iij natus



## CONCORDIA

natus est? Quomodo ergo nunc  
videt? Responderunt eis parentes  
eius, & dixerunt: scimus quia hic  
est filius noster, & quia cæcus na-  
tus est: quomodo autem nunc vi-  
deat, nescim⁹: aut quis eius aperuit  
oculos, nos nescimus. Ipsum inte-  
rrogate: ætatem habet, ipse dñe lo-  
quatur. Hæc dixerūt parentes ei⁹,  
quoniam timebāt Iudeos. Iā enim  
conspirauerāt Iudæi, ut si quis cō-  
fiteretur cum esse Christum, extra  
synagogam fieret. Propterea parē-  
tes eius dixerunt: quia ætatem ha-  
bet; ipsum interrogate. Vocauerūt  
ergo rursus hominem, qui fuerat  
cæcus, & dixerunt ei: da gloriam  
deo. Nos scim⁹, quia hic homo pec-  
cator est. Dixit ergo eis ille: si pecca-  
tor est nescio: vnu scio, quia cæcus  
cum essem modo video. Dixerunt  
ergo

## EVANGELISTARVM 108

ergo illi: quid fecit tibi? Quomodo  
aperuit tibi oculos? Respondit eis:  
dixi vobis iam, et audistis: quid ite-  
rum vultis audire? Nunquid et vos  
vultis discipuli eius fieri? Maledixe  
rūt ergo ei, & dixerūt: tu 'discipul'  
illi⁹ sis: nos autē Moysi discipuli su-  
m⁹. Nos scim⁹, quia Moysi locutus  
est de⁹: hūc autē nescim⁹, vnde sit.  
Respōdit ille homo, & dixit eis: in  
hoc enī mirabile cīt, qā vos nesci-  
tis, vnde sit, & aperuit meos ocu-  
los. Scim⁹ autem, quia peccatores  
deus nō audit: sed si quis dei cultor  
est, & voluntatem eius facit, hunc  
exaudit. A sēculo non est auditū,  
quia quis aperuit oculos cæci nati  
Nisi esset hic a deo, non poterat fa-  
cere quicq̄. Responderunt, & di-  
xerūt ei: in peccatis natus es totus,  
& tu doces nos? Et eiccerunt eum

O iiiij foras

## CONCORDIA

foras. Audiuit I E S V S, quia eiece  
runt eum foras, & cum inuenisset  
eum, dixit ei: tu credis in filium dei?  
Respondit ille, & dixit, quis est do-  
mine, ut credam in eum? Et dixit  
ei I E S V S: & vidisti eum, & qui  
loquitur tecum, ipse est. At ille ait  
credo domine. Et procedes adora-  
uit eum. Et dixit ei I E S V S: in iu-  
dicium ego in hunc mundum veni,  
ut qui non vident, videant: & qui  
vident, cæci fiant. Et audiuerunt  
quidam ex phariseis qui cum ipso  
erant, & dixerunt ei: nunquid &  
nos cæci sumus? Dixit eis I E S V S:  
si cæci essetis non haberetis pecca-  
tum: nunc vero dicitis, quia videmus:  
peccatum vestrum manet.

## CAPVT. XXV.

**A**men amen dico vobis, qui Io. 10  
non intrat per ostium in ouile Mat.  
ouium 15.

## EVANGELISTARVM 169

ouium, sed ascēdit aliunde, ille fur  
Mar. est, & latro: qui autem intrat per  
ostium, pastor est ouium. Huic ostia  
rius aperit: & oves vocem eius audiunt. Et proprias oves vocat no-  
minatum: & educit eas. Et cum pro-  
priis oves emiserit, ante eas vadit:  
& oves illum sequuntur: quia sciunt  
vocem eius. Alienum autem non se-  
quuntur, sed fugiunt ab eo: quia non  
nouerunt vocem alienorum. Hoc  
proverbiū dixit illis I E S V S: illi  
autem non cognoverunt, quid lo-  
queretur eis. Dixit iterum eis I E-  
S V S: amen amen dico vobis, quia  
ego sum ostium ouium. Omnes quo-  
t B quot venerunt, fures fuerunt, & la-  
trones: sed non audierunt eos oves,  
Ego sum ostium: per me si quis intro-  
icerit, saluabitur: & ingredietur, &  
egredietur, et pascua inueniet. Fur-  
non ve

M CONCORDIA] A V M  
nō venit, nisi vt furetur, & mactet  
& perdat: ego veni, vt vitam ha-  
beant, & abundantius habeant.  
Ego sum pastor bon<sup>o</sup>: bon<sup>o</sup> pastor  
aīam suā dat pro ouib<sup>o</sup> suis. Merce-  
nari<sup>o</sup> autē, et qui nō est pastor cui<sup>o</sup>  
non sunt oves propriæ, videt lupū  
venientem, & dimittit oves, & fu-  
git: et lupus rapit; et dispergit oves  
Mercenerius autē fugit, quia mer-  
cenarius est: & non pertinet ad eū  
de ouibus. Ego sum pastor bonus:  
& cognosco oves meas: & cognos-  
cunt me meæ. Sicut nouit me pa-  
ter, & ego agnosco patrem: & ani-  
mam meā pono pro ouibus meis.  
Et alias oves habeo, quæ non sunt  
ex hoc ouili, & illas oportet me ad  
ducere: & vocé meā audiēt: & fiet  
vnū ouile, et vn<sup>o</sup> pastor. Propterea  
me diligit pater, quia ego pono C  
animā

## EVANGELISTARVM 110

animam meam, ut iterum summam  
eam. Nemo tollit eam a me: sed ego  
pono eam a me ipso. Potestatem  
habeo ponendi eam: & potestatem  
habeo iterum summedi eam. Hoc  
mandatum accepi a patre meo. Dis-  
sensio iterum facta est inter Iudeos,  
propter sermones hos. Dicebant  
autem multi ex ipsis: dæmonium ha-  
bet, & insanit: quid eum auditis?  
Alij dicebant: hæc verba non sunt  
dæmonium habentis. Numquid dæ-  
monium potest cæcorum oculos  
aperire? Facta sunt autem encænia  
in Hierosolymis, & hiems erat. Et

D ambulabat IESVS in templo in  
porticu Salomonis. Circundede-  
runt ergo eum Iudei, & dicebant  
ei: quousque animam nostram tollis?  
Si tu es Christus, dic nobis palam.  
Respondit eis IESVS: loquor  
yobis, &

## CONCORDIA

vobis, & non creditis. Opera quæ  
ego facio ī nomine patris mei, hęc  
testimoniū perhibent de me. Sed  
vos nō creditis: quia nō estis ex oui  
b<sup>o</sup> meis. Oues meæ vocem meam  
audiunt, & ego agnosco eas, et se-  
quuntur me: & ego vitam aternā  
do eis: & non peribunt in æternū:  
& non rapiet eas quisquā de ma-  
nu mea. Pater meus quod dedit mi  
hi, maius omnibus est: & nemo po  
test rapere de manu patris mei.  
Ego, & pater, vnum sumus. Su  
stulerunt ergo lapides Iudæi, vt la  
pidarent eum. Respondit eis I E  
S V S : multa bona opera osten  
di vobis ex patre meo , propter  
quod eorū opus me lapidatis? Re  
sponderunt ei Iudæi: de bono ope  
re non lapidamus te: sed de blas  
phemia: & quia tu homo cum sis,  
facis

# EVANGELISTARVM

iii

facis te ipsum deum. Respondit eis  
IESV S: nonne scriptum est in le-  
ge vestra, quia ego dixi, dij estis? Si  
illos dixit deos, ad quos sermo dei  
factus est, & non potest solui scrip-  
tura: quem pater sanctificauit, &  
misit in mundum, vos dicitis, quia  
blasphemas: quia dixi, filius dei suu?  
Si non facio opera patris mei, noli  
te credere mihi. Si autem facio, & si  
mihi non vultis credere, operib⁹ cro-  
dite: ut cognoscatis, & credatis,  
quia pater in me est: & ego in pa-  
tre. Querebat ergo eum apprehen-  
dere: & exiuit de manibus eorum.

E Et abiit iterum trans Iordanem in  
eum locum, ubi erat Ioannes bap-  
tizans primum: & manfit illic: &  
multi venerunt ad eum, & dicebant:  
quia Ioannes quidem signum fecit  
nullum: omnia autem quæcunq;  
dixit

## CONCORDIA

dixit Ioannes de hoc, vera erant  
& multi crediderūt in eum. Et cō-  
uenerunt ad cū pharisei, & quidā  
de scribis venientes ab Hierosoly-  
mis. Et cum vidissent quosdam ex  
discipulis eius communibus mani-  
bus, id est non lotis manibus, man-  
ducare panem, vituperauerunt.  
Pharisei enim, & omnes Iudæi, ni-  
si crebro lauerīt manus, non man-  
ducant, tenentes traditionem se-  
niorū: & a foro veniētes, nisi bap-  
tizentur, non comedunt. Et alia  
multa sunt, quę tradita sūt illis ser-  
uare, baptismata calicū, & vrceo-  
rum, & æramētorum, & lectorū.  
Ei interrogabant eum pharisei, et  
scribæ dicentes: quare discipuli tui  
transgrediuntur traditiones senio-  
rum? Non enim lauāt manus suas,  
sed communibus manibus panem  
manducant

manducant? Ipse autem respondens  
ait illis: quare & vos transgredimini  
nisi mandatum dei, propter traditionem  
vestram? Relinquentes enim  
mandatum dei, tenetis traditionem  
hominum, baptismata vestrum,  
& calicem, & similia his facitis mul-  
ta. Et dicebat illis: bene irritum fe-  
cistis mandatum dei, ut traditionem  
vestram seruetis. Deus enim dixit  
per Moysen: honora patrem tuum,  
& matrem tuam, & qui maledixe-  
rit patri, vel matri, morte moriat.  
Vos autem dicitis: quicunq[ue] dixerit  
patri, vel matri, corbam, quod est  
donum, quodcumq[ue] est ex me, tibi  
proderit: & ultra non dimittitis eum,  
quicquam facere patri suo, aut ma-  
tri, nec honorificabit patrem suum,  
aut matrem suam: rescedentes ver-  
bum dei, propter traditionem vestram  
quam

## CONCORDIA

quam tradidistis: Et similia, huius  
modi multa facitis: irritum facien-  
tes mandatum dei, propter tradi-  
tionem vestram. Hypocritæ bene  
prophetauit de vobis hypocritis  
Esaias, dicēs (sicut scriptū est): po-  
pul⁹ hic labijs me honorat, cor au-  
tem eorum lōge est a me, sine cau-  
sa autem, & in vanum colunt me,  
docentes doctrinas, & præcepta  
hominum. Et cōuocatis iterum ad  
se turbis, dixit eis. Audite me om-  
nes, & intelligite: nihil est extra ho-  
minem introiēs in eum, quod pos-  
sit eū coinquinare: sed quæ de ho-  
mīne procedūt, illa sūt quæ cōmu-  
nicant hominem: non enim quod  
intrat per os, coinquinat hominē  
sed quod procedit ex ore, hoc co-  
inquinat hominē. Qui habet aures  
audiendi, audiat. Tunc accedētes  
discipu

G

AUGUST

discipuli eius dixerunt ei: scis quia  
pharisæi auditio verbo hoc scanda-  
**H**lizati sunt. Ad ille respondens ait:  
omnis plantatio, quam nō planta-  
uit pater meus cœlestis, eradicabi-  
tur. Sinite illos: cæci sunt, & duces  
cæcorum. Cæcus autē si cæco du-  
catum præstet, ambo in foueā ca-  
dunt. Et cum introisset in domum  
a turba, interrogabant eum disci-  
puli eius parabolam, respondēsque  
Petrus dixit ei: edissere nobis para-  
bolam istam. Ad ille dixit: adhuc  
& vos sic sine intellectu, & impru-  
dentes estis? Non intelligitis, quia  
omne extrinsecus introiens in ho-  
minem, non potest eum communi-  
care: quia nō intrat in cor eius, sed  
in os intrat, & in vētrem vadit, et  
in secessum exit, purgans omnes  
escas. Dicebat autē: quoniam quæ

P de homi

## CONCORDIA

de homine exeunt, & de ore pro-  
cedunt, de corde exeunt: et illa co-  
inquinant, & cōmunicant homi-  
nem. Ab intus enim de corde ho-  
minum cogitationes malæ proce-  
dunt, adulteria, fornicationes, ho-  
micidia, furta, falsa testimonio, a-  
uaritiæ, nequitia, dolus, impuditi-  
tie, ocul<sup>p</sup> malus, blasphemia, super-  
bia, stultitia. Omnia hæc mala ab  
intus procedunt, & hæc sunt quæ  
coinquinant, & cōmunicant ho-  
minē: non lotis autē manibus má-  
ducare, non coinquinat hominē.

## CAPVT. XXVI.

T egressus inde IESVS Mat.  
15. &  
16.  
 secessit ī partes Tyri et Sidonis, & ecce mulier Mar.  
7. & 8.  
Chananæa gentilis, Syrophenisa genere, a finibus illis Lu. 12.  
egressa

**A**egressa, clamauit dicens ei: misere-  
re mei domine fili dauid, filia mea  
male a d̄monio vexatur. Qui non  
respondit ei verbum. Et accedētes  
discipuli, rogabant eum dicentes:  
dimitte eam, quia clamat post nos.  
Ipse autem respondēs ait: nō sum  
missus, nisi ad oues quæ perierunt  
dom⁹ Israel. Et ingressus domū, ne  
minē voluit scire, et nō potuit late  
re: mulier enī illa, cuius filia habe  
bat spiritum immundum, statim  
vt audiuit de eo, venit, & intravit,  
& procidens ad pedes eius adora  
uit eum dicens: Domine, adiuua  
me. Et rogabat eum, vt dæmoniū  
eijceret de filia eius. Qui respōdēs  
ait illi: sine prius saturari filios: nō  
est enim bonū summere panem, fi  
liorū, & dimittere canibus. At illa  
respondit, & ait illi: vtq; domine,

P ij nam &

## CONCORDIA

nam & catelli comedunt sub men-  
sa de micis puerorum, quæ cadunt  
de mensa dominorū suorum. Tūc  
respondens I E S V S ait illi: o mu-  
lier, magna est fides tua, propter  
hunc sermonem fiat tibi sicut vis:  
vade, exiit dæmonium a filia tua.  
Et sanata est filia eius ex illa hora.  
Et cum abiisset domū, inuenit pue-  
llam iacentē supra lectum: & dæ-  
monium exiisse. Et iterum exiens B  
de finib⁹ Tiri, venit per Sidonem  
ad mare Galilææ, inter medios fi-  
nes decapoleos: & adducunt ei sur-  
dum, & mutum: & depræcabātur  
eum, ut imponat illi manum. Et a-  
prehendens eū de turba seorsum,  
misit digitos suos in auriculas eius  
& expuēs tetigit linguā eius, et sus-  
piciēs in cœlū ingemuit, & ait illi:  
ephethah, (quod est adaperire.)  
Et statim

## EVANGELISTARVM 115

Et statim apertæ sunt aures eius,  
et solutum est vinculum linguae eius  
& loquebatur recte. Et cum trans-  
fisset īde IESVS, venit secus ma-  
re Galilææ, & ascendens in mon-  
tem, sedebat ibi: et accesserunt ad  
eum turbæ multæ, habentes secū  
multos, cæcos, claudos, debiles, &  
alios multos: & proiecerūt eos ad  
pedes eius, & curauit eos, ita ut tur-  
bæ mirarent̄ vidētes mutos loquē-  
tes, claudos ambulātes, cæcos vidē-  
tes: & magnificabāt deū Israel. Et  
præcepit illis, ne cui dicerent. Quā-  
to autem eis præcipiebat, tāto ma-  
gis plus prædicabant, & eo ampli<sup>2</sup>  
admirabantur dicentes: bene om-  
nia fecit: & surdos fecit audire, &  
mutos loqui. In dieb<sup>2</sup> illis, iterum  
cum turba multa esset cū IESV,  
nec haberent, quod manducarent

P iiij conuo

## CONCORDIA

conuocatis discipulis suis, ait illis:  
misereor super turbam, quia ecce  
iam triduo sustinēt mē, & perseue-  
rant mecum, nec habent quod mā-  
ducent: & si dimisero eos ieiunos  
in domum suam , deficient in via  
(quidā enim ex eis de longe vene-  
runt ) nō olo dimittere eos ieiunos;  
ne deficiant in via. Et responderūt  
ei discipuli eius; vnde ergo nobis in  
deserto panes tātos, vt saturēmus  
turba in tantam? Et vnde illos quis  
poterit hic saturare panibus in so-  
litudine? Et interrogauit illos I E-  
S V S; quot panes habetis ? At illi  
dixerunt: septem, & paucos pisci-  
culos. Et præcepit turbæ discubē-  
re super terrā. Et accipiēs septē pa-  
nes, & pisces , & gratias agens, frē-  
git , et dabat discipulis suis , vt ap-  
ponerent. Et discipuli apposuerūt  
turbæ,

turbæ. Et comederunt omnes: & saturati sunt: & sultulerunt quod superauerat de fragmétis, septem sportas plenas. Erant autē qui mā ducauerant, quasi quatuor millia hominum: extra paruulos, & mulieres. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam cum discipulis suis, & venit in fines Magedā, & in partes Dalmanutha. Et exeuntes pharisæi, & sadducei accesserūt ad eū tentantes, & cœperunt cōquirere cum eo, & querentes rogauerunt eum, vt signum de cœlo ostenderet eis. Et ingemiscens spiritu ait: quid generatio ista signū querit? Amen dico vobis, si dabitur generatiōi isti signum. Tūc respōdēs dixit illis: factō vespere, dicitis serenum erit, rubicundum cīt enim cœlum: & mane, hodie tempētas,

## CONCORDIA

rutilat enim triste cœlum. Faciem ergo cœli dijudicare nostis, signa autē temporum non potestis? Generatio mala, & adultera signum querit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Et di-  
mittens eos, ascendit iterū nauim,  
& abiit trans fretū: & discipuli ei⁹.  
Et cum venissent trās fretum, obli-  
ti sunt panes accipere. Et nisi vnū  
panem nō habebant secum in na-  
ui. Et multis turbis concurrentib⁹,  
ita ut se inuicem cōcularent, cœ-  
pit dicere ad discipulos suos: vide-  
te, & cauete a fermento phariseorū,  
& sadduceorum: & a fermen-  
to Herodis. At illi cogitabāt inter  
se, dicentes: quia panes non accepi-  
mus. Sciens autem I E S V S , dixit  
illis: quid cogitatis inter vos modi-  
ce fidei, quia panes non habetis?

Nondum

Nondum cognoscitis, neq; intelligitis? Adhuc cæcatum habetis cor vestrum: oculos habentes, non videntis? Et aures habentes, non auditis? Neq; recordamini quinq; panum, et quinque millium hominū? Neq; septem panum, & quatuor millium hominū? Quando quinq; panes fregi in quinque millia: & quot cophinos fragmētorum plenos sustulistiſ? Et dicunt ei: duodecim. Quando & septem panes in quatuor millia: quot sportas fragmētorum sumpsistiſ? Et dicūt ei: septē. Et dicebat eis: quomodo nō intelligitis, quia non de pane dixi vobis? Attēdite, & cauete a fermēto phariseorum, & sadducæorum quod eſt hypocrisis. Tunc intellexerunt, quia non dixerit cauendū a fermento panum: sed a doctrina phari

## CONCORDIA

pharisæorum & sadducçorum. Et  
veniunt Bethsaidam, & adducunt  
ei cæcum, & rogabant eum, vt illū  
tägeret: & apprehëſa manu cæci,  
eduxit eum extra vicū, & expuens  
in oculos eius, impositis manibus  
suis, interrogauit eum, si quid vide  
ret. Et aspiciēs ait: video homines  
velut arbores ambulātes. Deinde  
iterum imposuit manus super o-  
culos eius: & cœpit videre, & resti-  
tut⁹ eſt: ita vt clare videret omnia.  
Et misit illum in domum suam, dī-  
cens: vade in domum tuam: et si in  
vicū introieris, nemini dixeris.

## CAPVT. XXVII.



Enit autem IESVS, Mat.  
16. &  
& ingressus est in par- 17  
tes, & castella cæsareæ Mar.  
8. & 9  
Philippi: & factum est in via

## EVANGELISTARVM 118

in via, cum solus esset orans, erant  
Lu. 9 cum illo discipuli: & interrogauit

A illos dicens: quem dicūt turbæ esse  
me filium hominis? At illi respon-  
derunt, & dixerunt: alij Ioannem  
baptistam, alij autē Eliam, alij ve-  
ro Ieremiam, alij autem quasi vnū  
de prophetis prioribus, qui surre-  
xit. Tunc dicit illis I E S V S: vos  
vero quem me esse dicitis? Respon-  
dēs Simō Petr⁹, dixit: Christū dei,  
tu es enim Christus filius dei viui.  
Respondēs autem I E S V S, dixit  
ei: beatus es Simon bariona, quia  
caro et sanguis non reuelauit ti-  
bi: sed pater meus, qui in cœlis est.  
Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,  
& super hanc petram edificabo ec-  
clesiam meam: & portæ inferi nō  
præualebunt aduersus eam: & tibi  
dabo claves regni cœlorum: &  
quod

## CONCORDIA

quodcūq; ligaueris super terram,  
erit ligatū et in cœlis: & quodcūq;  
solueris super terram, erit solutū  
et in cœlis. Tunc increpans disci-  
pulos suos, cōminatus est illis, præ-  
cipiens, ne cui dicerēt hoc de illo,  
quia ipse esset I E S V S Christus.  
Exinde cœpit I E S V S ostendere  
discipulis suis, ac docere eos, quia  
oporteret filium hominis ire hie-  
rosolymā, & pati multa, & repro-  
bari a senioribus, & a summis fa-  
cēdotibus, & scribis, & occidi: &  
tertia die resurgere. Et palam ver-  
bum loquebatur. Et appræhēdēs  
eum Petr⁹, cœpit increpare illum  
dicens: absit a te domine: non erit  
tibi hoc. Qui conuersus, & videns  
discipulos suos, comminat⁹ est Pe-  
tro, & dixit illi: vade retro me sa-  
tana, scandalum es mihi: quia non  
fapis

B

sapis ea, quæ dei sunt: sed ea, quæ sunt hominum. Et tunc conuocata turba cum discipulis suis, dicebat ad omnes: si quis vult post me C venire, & me sequi, abneget seme tipsum, & tollat crucem suā quotidie, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me, & euangelium, saluam faciet eam. Quid enim proficit homo \* aut \* quid illi p̄derit, si vniuersum mūdum lucretur, animæ vero suæ detrimentū patiatur, & seipsum perdat: suiq; detrimētum faciat? Aut quid dabit homo commutationis pro anima sua? Filius enim hominis vēturus est in gloria patris sui cū angelis suis, & tunc reddet vni cuiq; secundum opera eius. Qui enim

## CONCORDIA

enim me cōfessus fuerit, & verba  
mea in generatione ista adultera,  
& peccatrice, & filius hominis cō-  
fitebitur eum: cum venerit in glo-  
ria patris sui cum angelis sanctis.  
\*nam\* qui me erubuerit, & meos  
fermoṇes, hunc filius hominis eru-  
bescet: cū venerit in maiestate sua,  
& patris, & sanctorum angelorū.  
Amen autem dico vobis, sunt qui-  
dam de hic stantibus, qui non gu-  
stabant mortē: donec videant reg-  
num dei: filium hominis veniente  
in regno suo ī virtute. Factum est  
autem post dies sex, dies fere octo  
post hēc verba, assumpsit IESVS  
Petrum, & Iacobum, & Ioannem E  
fratrem eius, & ascēdit in montē  
excellsum, vt oraret: & illos solos  
duxit secum seorsum. Et facta est,  
dum oraret, species vult⁹ ei⁹ altera  
& vesti

## EVANGELISTARVM 120

& vestitus eius albus, & refulgēs.  
Et transfiguratus est ante illos, &  
resplēduit facies eius, sicut sol: ve-  
stimenta autē eius facta sunt splē-  
dentia, & candida nimis, sicut nix  
qualia fullo nō potest super terrā  
cādida faq̄. Et ecce apparuerūt  
illis duo viri: & erant Moyses, &  
Elias loquentes cum I E S V , visi  
in maiestate: & dicebāt excessum  
eius, quem completurus erat in Ie-  
rusalem. Petrus vero , & qui cum  
illo erant, grauati erant somno.  
Et euigilantes, viderunt maiesta-  
tem eius: & duos viros, qui stabant  
cum illo. Et factū est, cum disce-  
derēt ab illo, respondens Petrus,  
ait ad I E S V M: preceptor, domi-  
ne, bonum est nos hic esse: et si vis,  
faciamus hic tria tabernacula: tibi  
vnum, Moysi vnum, & Elie vnu.  
(non enim

## CONCORDIA

(nō enim sciebat quid diceret, erāt  
enim timore exterriti) hęc autem  
adhuc illo loquente, ecce facta est  
nubes lucida, & obumbravit eos:  
& timuerunt intratibus illis in nu-  
bem. Et ecce facta est vox de nube  
dicens: hic est filius meus dilectus,  
& charissimus, ī quo māni bene cō  
placui: audite illum, & dum fieret  
vox, inuētus est I E S V S solus. Et  
audientes discipuli, ceciderunt in  
faciem suam. Et timuerunt valde.  
Et accesit I E S V S, & tetigit eos,  
dixitq; eis: surgite, & nolite time-  
re. Leuantes autem oculos suos,  
& statim circunspiciētes, nemine  
amplius viderunt, nisi I E S V M  
tantum secum. Et descendantibus  
illis de monte, præcepit illis I E-  
S V S, ne cuiq; quod vidissent, nar-  
raret: nisi cū filius hominis a mor-  
tuis

## EVANGELISTARVM 121

tuis resurrexerit, dicēs: nemini dixeritis visionē, donec filius hominis a mortuis resurgat. Et verbum continuerunt apud se, conquirentes quid esset: cum a mortuis resurrexerit. Et ipsi tacuerūt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam, ex his quae viderant. Et interrogauerunt eum discipuli, dicētes: quid ergo dicūt scribē, et pharisæi, quia Eliam oporteat venire primum?

F Qui respondens, ait illis: Elias qui dem venturus est: & cum venerit, primo restituet omnia, & quomodo scriptum est in filium hominis, ut multa patiatur: & contemnatur. Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerūt eū: sed fecerunt ei, quæcūq; voluerūt sicut scriptum est de eo. Sic & filius hominis, passurus est ab eis. Tunc

Q intelle

## CONCORDIA

intellecerūt discipuli, quia de Ioā  
ne baptista dixisset eis. Factum est G  
autem in sequenti die, descendē-  
tibus illis de monte, occurrit illis  
turba multa. Et veniēs ad discipu-  
los suos, vidit turbam magnam cir-  
ca eos: & scribas conquirentes cū  
illis. Et cum venisset ad turbam, cō-  
festim omnis populus videns I E-  
S V M, stupefactus est, & expau-  
runt: & accurrentes salutabant  
eum. Et interrogauit eos: quid in-  
ter vos cōquiritis? Et ecce accessit H  
ad eum quidam homo de turba, et  
genibus prouolutus ante eum, ref-  
pondēs, ac clamās, dixit: magister  
obsecro respice in filium meum,  
quia vnicus est mihi: domine, mise-  
rere filio meo, quia lunaticus est,  
& attuli eum ad te, habentem spi-  
ritum mutuum, & male patitur, qui  
vbi

## EVANGELISTARVM 123

vbi cūq; cum apprehendit, allidit illum, & dissipat eum, cum spuma & stridet dētibus, & arescit, & vix discedit dilanians eum: nam sēpe cadit in ignem, & crebro in aquā: & obtuli eum discipulis tuis, & rogaui, vt ejacerent illum: & non potuerunt. Respondens autem IESVS, ait: o generatio incredula, & peruersa, quādiu apud vos ero? Quousq; vos patiar? Adduc huc filium tuum: afferte huc illū ad me. Et attulerunt eum. Et cum accederet, vidissetq; eum, statim spiritus conturbauit illum: elisitq; eum, & dissipauit. Et elisus in terram, volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius: quātum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait: ab infantia: & frequenter eum in ignem, & in aquā misit, vt eum

Q. ij perde

## CONCORDIA

perderet: sed si quid potes, adiuua  
nos misertus nostri. I E S V S autē  
ait illi: si potes credere, omnia pos-  
sibilia sunt credenti. Et continuo  
exclamās pater pueri, cum lachry-  
mis, aiebat: credo domine, adiuua  
incredulitatem meam. Et cum vi-  
disset I E S V S concurrentem tur-  
bam, cōminatus est spiritui immū-  
do, & increpauit illum, dicens illi:  
surde, & mute spiritus, ego præci-  
pio tibi, exi ab eo: & amplius ne in-  
troreas in eū. Et exclamans, & mul-  
tum discerpēs eum, exiit ab eo dæ-  
monium, & factus est sicut mortu-  
us: ita ut multi dicerent, quia mor-  
tuus est. I E S V S autē tenens ma-  
num eius, eleuauit eum, & surre-  
xit: et dedit illum patri eius. Et cu-  
ratus est puer ex illa hora. Et stu-  
pebāt omnes in magnitudine dei.

Et cum

EVANGELISTARVM. 123

Et cum introisset in domum, acceſ-

I ferūt discipuli ad I E S V M secre-  
to, & interrogabant eum dicentes  
quare nos non potuimus eiūcere  
illum? Dixit eis I E S V S : propter  
incredulitatem vestram . Amen  
quippe dico vobis, si habueritis fi-  
dem sicut granum sinapis , dicetis  
mōti huic, transī hinc illuc, & trā-  
ſabit: & nihil impossibile erit vo-  
bis. Et dixit illis: hoc gen⁹ in nullo  
potest exire, niſi per orationem, et  
iciunium.

CAPVT. XXVIII.

T inde profecti præter  
grediebātur Galilæam,  
nec volebat quemquā  
ſcire. Et conuersantib⁹  
illis in Galilæa, omnibusq; miran-  
tibus in omnibus quæ faciebat,  
Q iij docebat

Mat.  
17. &  
18.

Mar 9

Lu. 15



## CONCORDIA

docebat I E S V S discipulos suos,  
& dicebat illis: ponite vos in cor-  
dibus vestris sermones istos , quo-  
niām filius hominis futurum est,  
vt trādatur in man⁹ hominū , &  
occident cū:et occisus tertia die re  
surget. At illi ignorabāt vērbū  
istud:& erat velatum ante eos , vt  
non sentirent illud:& timebāt in-  
terrogare eum de hoc verbo:et cō  
tristati sūt vehemēter. Et cū venis-  
sent Capharnaū,acceſſerūt qui di-  
drachma accipiebāt ad petrū, et di-  
xerunt ei:magister vester non sol-  
nit didrachma? Ait:etiam. Et cum  
intrasset ī domum, præuenit eum  
I E S V S,dicens:quid tibi videtur  
Simon, reges terre a quibus accipi-  
unt tributum\*vel\*censum,a filijs  
an ab alienis? Et ille dixit:ab alie-  
nis.Dixit illi I E S V S:ergo liberi  
sunt

## EVANGELISTARVM 124

sunt filij. Ut autem nō scandalize  
m<sup>o</sup> eos, vade ad mare, & mitte ha-  
mum, & eum pīscem, qui primus  
ascēderit, tolle: & aperto ore eius,  
inuenies staterem: illum sumens  
da eis pro me & te. Et venerūt Ca-  
pharnaum. Qui cum domi essent,  
interrogabat discipulos suos: quid  
in via tractabatis? At illi tacebāt.  
Siquidem in via intrauit in eos co-  
gitatio, et inter se disputauerant,  
**C** quis eorū maior esset. Et ī illa ho-  
ra accesserunt ad I E S V M, dicen-  
tes: quis putas maior est in regno  
eōrum? At I E S V S videns co-  
gitationes cordis illorum, refidēs  
vocauit duodecim, & ait illis: si q̄s  
vult primus esse, erit omnium no-  
uissimus, & omnium minister. Et  
aduocauit I E S V S paruulū: & ac-  
cipiēs eum, statuit illum in medio

Q iij corum

## CONCORDIA

corum: quem cum cōplexus esset,  
dixit illis: amen dico vobis, nisi cō  
uersi fueritis, & efficiamini sicut  
paruuli, non intrabitis in regnum  
cœlorū. Quicūq; ergo humiliau-  
rit se, sicut paruul' iste, hic est ma-  
ior in regno cœlorum: & quicūq;  
paruulum istum, aut vnum ex hu-  
ijsmodi pueris receperit in nomi-  
ne meo, me suscipit: & quicūq; me  
suscipit, non me suscipit: sed eum  
qui misit me. Nā & qui minor est  
iter vos omnes, hic maior est. Res-  
pondens autem Ioānes dixit: præ-  
ceptor, vidimus quēdam in nomi-  
ne tuo ejciētem dæmonia, & pro-  
hibuimus eum: quia non sequitur  
nobiscum. Et ait ad illos I E S V S  
nolite prohibere eum: nemo est  
enim qui faciat virtutem in nomi-  
ne meo, & possit cito male loqui  
de me:

de me: qui enī non est aduersū vos  
pro vobis est. Quisquis enim potū  
dederit vobis calicem aquæ frigi-  
de in nomine meo, quia Christi ef-  
tis: amē dico vobis, nō perdet mer-  
**E**cedem suam. Et quisquis scandali-  
zauerit vnum ex his pusillis credē-  
tibus in me, bonum est ei, magisq;  
expedit, si circundaretur, ac suspe-  
datur mola asinaria ī collo eius, &  
in mare mitteretur: & mergeretur  
in profundum. Væ mundo a scan-  
dalibus. Necesse est enim, vt veniant  
scandala. Veruntamen vae homi-  
ni illi, per quem scandalum venit.  
Si autem manus tua scandalizaue-  
rit te, abscide eam, et projice abs te  
bonum est tibi debilem introire in  
vitam, quam duas manus habentē  
ire in gehēnam, & mitti in ignem  
œternum, et inextinguibilem: vbi  
vermis

## CONCORDIA

vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum, & projice abste: bonum est tibi claudum introire in vitam eternam, quam duos pedes habentem, mitti in ignem aeternum, in gehenam ignis inextinguibilis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & projice abste bonum est tibi luscum in vita, & in regnum dei introire, qua duos oculos habentem mitti in gehenam ignis: vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Vide te, ne cōtemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in coelis semper videt faciem patris mei, qui in coelis est: venit enim filius hominis saluare quod perierat

perierat. Erant autem appropin-  
quātes ei publicani, & peccatores,  
vt audirent illum: & murmurabāt  
pharisei, & scribæ dicentes: quia  
hic peccatores recipit, & mandu-  
cat eum illis. Et ait ad illos parabo  
lam istam, dicens: quid vobis vide-  
tur, si cū ex vobis homo, cui fuerit  
cētum oues, & si errauerit una ex  
eis, ac perdiditerit illam, nonne re-  
linquit nonaginta nouem in mon-  
**G**tibūs, & in deserto, & vadit quære-  
re eam quæ errauerat, & perierat:  
donec inueniat eam? Et cum cōti-  
gerit eā inuenire, imponit in hu-  
meros suos gaudens. Amē dico vo-  
bis, quia gaudet super eam, magis  
quam super nonaginta nouē: quæ  
non errauerunt. Et veniens domū  
conuocat amicos, & vicinos dicēs  
illis: congratulamini mihi: quia in  
veni

## CONCORDIA

veni ouē meam,quæ perierat. Ita  
dico vobis,non est voluntas ante  
patrem vestrum,qui ī cœlis est, vt  
pereat vñus de pñfillis istis:et gau-  
dium erit in cœlo super vno pecca-  
tore pœnitentiam agente,quā su-  
per nonaginta nouē iustis : qui nō  
indigent pœnitētia. Aut quæ mu-  
lier habens dragmas decē, si per-  
diderit drachmam vñā , nonne ac-  
cendit lucernā,& euertit domū, et  
querit diligenter, donec inueniat  
eam:& cum inuenierit , conuocat  
amicas , & vicinas,dicens:congra-  
tulamini mihi: quia inueni drach-  
mam,quam perdideram? Ita dico  
vobis,gaudium erit coram ange-  
lis dei,super vno peccatore pœni-  
tētiā agente. Ait autem:homo qui  
dam habuit duos filios, & dixit a-  
dolescētior ex illis patri:pater , da  
mihi

H

mihi portionē substantiæ, quæ me  
cōtīgit. Et diuisit illis substātiā. Et  
nō post multos dīes cōgregatis om  
nibus, adolescētior filius peregre  
profectus est in regionem longin  
quam: & dissipauit substātiā suā  
viuendo luxuriose. Et postquam  
omnia cōsumasset, facta est famē  
valida in regione illa: et ipse cōpīt  
egere: & abiit: & adhesit vni ciuiū  
regionis illius: & misit illum in vil  
lam suā, ut paſceret porcos. Et cu  
piebat implere ventrem suum de  
filiquis, quas porci manducabant:  
& nemo illi dabant. In se autem re  
uerſus dixit: quanti mercenarij in  
domo patris mei abundāt panib⁹:  
ego autem hic famē pereo. Surgā,  
& ibo ad patrem meum, et dicam  
ei: pater peccauī in cœlum, & co  
ram te: iam nō sum dignus vocari  
filius

## CONCORDIA

fili<sup>o</sup> tu<sup>o</sup>: fac me sicut vnu de merce  
narijs tuis. Et surgens venit ad pa-  
tré suū. Cū autē adhuc lōge esset,  
vidit illū pater ipsi<sup>o</sup>, & mīa motus  
est, et accurrēs, cecidit super collū  
eius: & osculatus est eum. Dixitq;  
ei filius:pater, peccauī in cœlum,  
& coram te:iam non sum dignus  
vocari filius tuus. Dixit autem pa-  
ter ad seruos suos:cito pferte sto-  
lam primam, & induite illum: &  
date anulum in manum eius, &  
calceamenta in pedes eius: & ad-  
ducite vitulum saginatum, & occi-  
dite, & māduccimur, & epulemūr  
quia hic filius meus mortuus erat,  
& reuixit: perierat, & inuētus est.  
Et cœperūt epulari. Erat autem fi-  
lius eius senior in agro:& cum ve-  
niret, & appropīquaret domui, au-  
diuit symphoniam, & chorū, &  
vocauit

vocauit vnum de seruis, & interro-  
gauit, quid hęc essent. Isq; dixit illi  
frater tuus venit, & occidit pater-  
tuus vitulum saginatum: quia sal-  
uum illū recepit, indignatus est au-  
tē, & nolebat introire. Pater ergo  
illi<sup>2</sup> egressus cœpit rogare illū. At  
ille respōdens dixit patri suo: ecce  
tot annis seruio tibi, & nunquam  
mādatum tuum prēteriui, & nun-  
quam dedisti mihi hędum, vt cum  
amicis meis epularer: sed postquā  
filius tuus hic, qui duorauit sublā-  
tiā suā cum meretricibus, venit,  
occidisti illi vitulum saginatū. Ad  
ipse dixit illi: fili , tu semper mecū  
es, & omnia mea tua sunt: epulari  
autem, et gaudere oportebat, quia  
frater tuus hic , mortuus erat , &  
reuixit: perierat, & inuentus est.

## CAPVT. XXIX.

Si autem

## CONCORDIA



I autem peccauerit ī te  
frater tuus, vade, & cor-  
ripe eum inter te, & ip-  
sum solum. Si te audie-  
rit, lucratus eris fratrem tuum : si  
autem te non audierit, adhibe te-  
cum adhuc vnum, vel duos: vt in  
ore duorum, vel trium testiū, stet  
omne verbum. Quod si non audie-  
rit eos, dic ecclesiæ. Si autem ecclæ-  
siā non audierit, sit tibi sicut ethni-  
cus, & publicanus. Amen dico vo-  
bis quæcūq; alligaueritis sup̄ ter-  
rá, erunt ligata & in cœlo: & quæ-  
cūq; solueritis super terram, erūt  
soluta & in cœlo. Iterum dico vo-  
bis, quia si duo ex vobis conse-  
rint super terrá de omni re, quam  
cūq; petierit, fiet illis a pâtre meo:  
qui ī cœlis est. Vbi enim sunt duo,  
vel tres congregati ī nomine meo  
ibi sum

Mat.  
18. &  
19.

Lu.17  
&. 18

Mar.

10.

A

B

## EVANGELISTARVM 129

ibi sum ego in medio eorum. Tūc  
accedens Petrus ad eum dixit:do-  
mine , quoties peccabit in me fra-  
ter meus,& dimittam ei? Vsq; sep-  
ties? Dixit illis IESVS:attēdite vo-  
bis, si peccauerit in te frater tuus,  
increpa illum: & si pœnitentiam  
egerit,dimitte illi:& si septies ī die  
peccauerit in te, & septies ī die cō-  
uersus fuerit ad te,dicens:pœnitēt  
me,dimitte illi:& non dico tibi vſ  
q; septies,sed vſq; septuagies sep-  
ties.Ideo assimilatum est regnum  
cœlorum homini regi, qui voluit  
rationem ponere cum seruis suis,  
et cum cœpisset rationem ponere,  
oblatus est ei vnuſ,qui debebat ei  
C decem millia talenta. Cum autem  
non haberet vnde redderet, iussit  
eum dominus eius vñundari , &  
vxorē eius,& filios,& omnia quæ  
R habe

## CONCORDIA

habebat:& reddi. Procidens autē seruus ille, orabat eum dicens: patientiam habe in me:& omnia red dā tibi. Misertus autem dominus serui illi<sup>o</sup>, dimisit eum: & debitum dimisit ei. Egressus autē seruus ille inuenit vnum de cōseruis suis, qui debebat ei centum denarios:& te nens suffocabat eum, dicēs: redde quod debes. Et procidens conseruus eius, rogabat eum dicēs: patiētiam habe in me, & omnia reddā tibi. Ille autem noluit: sed abiit: & misit eum in carcerem, donec red deret debitum. Videntes autem cōserui quæ fiebant, contristati sunt valde:& venerunt: & narrauerūt domino suo omnia, quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum domin<sup>o</sup> suus, & ait illi: serue nequā, omne debitū dimisi tibi, quoniā rogaſti me: nōne

me:nōne ergo oportuit & te misere  
reri cōserui tui,sicut et ego tui mi-  
seritus sum?Et iratus dominus eius  
tradidit eum tortoribus : quoad vſ  
ꝝ redderet vniuersum debitū. Sic  
et pater me⁹ cœlestis faciet vobis  
ſi nō remiseritis vnuſquisꝝ fratri  
D suo de cordibus vestrīs. Et factum  
est,cum cōſummaſſet I E S V S fer-  
mones iſtos,inde ſurgens , migra-  
uit a Galilæa,& venit in fines Iu-  
dææ ultra Iordanem, & cōueniūt  
iterum turbæ,& ſecutæ ſunt eum:  
& ſicut confueuerat,iterum doce-  
bat illos:& curauit eos ibi. Et acce-  
ſſerunt ad eum pharisei,tentantes  
eum,et dicentes:ſi licet homini di-  
mittere vxorem ſuam quacūq; ex  
cauſa?Qui respondens ait eis: non  
legiftis,quia qui fecit hominem ab  
initio,mæſculum, & fœminā fecit  
R ij eos?Et

## CONCORDIA

cos? Et dixit: propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhuc rebit vxori suæ: & erunt duo in carne una. Itaque iam non sunt duo: sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separat, & dixit eis: quid vobis præcepit Moyses? Dicunt illi: Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quid ergo Moyses mandauit? Qui bus respondens I E S V S, ait: quoniam Moyses ad duritiæ cordis vestri scripsit vobis præceptū istud, et permisit vobis dimittere vxores veltras: ab initio autem creaturæ non fuit sic ~~sed~~ masculum, & fœminam fecit eos deus. Dico autem vobis: quia quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliā duxerit, mœchatur: & qui dimisam duxerit, mœchabit. Et in domo iterum

iterum discipuli eius de eodem interrogauerunt eum. Et ait illis: qui cūq; dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur. Dicunt ei discipuli eius si ita est causa hominis cum vxore, nō expedit nubere. Qui dixit illis: nō omnes capiunt verbum istud: sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi, qui d̄ matris vtero sic natiti sunt: & sūt eunuchi, qui facti sūt ab hominib⁹: & sunt eunuchi, qui se ipsoſ caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei infantes paruuli, ut manus eis imponeat: & oraret. Discipuli autē comminabantur offerentibus: & increpabant eos. Quos cum videret R iiij Iefus

## CONCORDIA

IESVS indigne tulit: & conuocans illos ait: finite paruulos venire ad me , & nolite vetare eos: talium est enim regnum cœlorum & dei. Amen dico vobis , quisquis nō receperit regnū dei, velut puer paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos: et abiit inde. Et cum egressus esset, in via procurrens quidam princeps, et accedens, genu flexo ante eum, F rogabat eum dicens: magister bone, quid boni faciam, ut habeā vitam æternā? Qui dixit ei: quid me interrogas de bono, & bonum dicas? Mandata nosti. Si ergo vis ad vitam ingredi, serua mandata . Dicit illi: quæ? I E S V S autem dixit: non homicidium facies, non adulterabis, nō facies furtū, ne falsum testi

testimonium dixeris , ne fraudem  
feceris,honora patrem tuū , & ma-  
trem tuam,diliges proximum tuū  
sicut teipsum. Dicit illi adolescens  
magister, hæc omnia obseruaui a  
iuuentute mea , quid adhuc mihi  
deest ? I E S V S autem intuitus eū,  
dilexit eum,& dixit ei: adhuc vnū  
tibi deest: si vis perfecto esse,vade,  
omnia quæcūq; habes vede , & da  
pauperibus,et habebis thesaurum  
ī cœlo:et veni,sequere me. His ille  
auditis , contristatus est in verbo,  
abijtq; mērēs: erat enim diues val-  
de,& habens multas posseſſiones.  
Videns autem I E S V S illum tri-  
stem factum,circunſpiciēs, ait dif-  
cipulis suis:quam difficile, qui pe-  
cunias habent, in regnum dei in-  
troibunt. Amen dico vobis , quia  
diues difficile intrabit in regnum

R iiii cœlo

## CONCORDIA

cœlorum. Discipuli autem obstu-  
pescebant in verbis eius. At I E-  
S V S,rursus respondens , ait illis:  
filio li, quam difficile est, confiden-  
tes in pecunijs in regnū dei intro-  
ire. Iterum dico vobis , facilius est  
camelum per foramē acus transfi-  
re, quam diuitem intrare in regnū  
dei. Auditis his, discipuli magis ad  
mirabātur,dicētes ad semetipsos:  
& quis ergo poterit salvus fieri? Et  
intuēns illos I E S V S, ait: apud ho-  
mines hoc impossibile est, sed quę  
impossibilia sunt apud homines,  
non sunt apud deum: omnia enim  
possibilia sunt apud deum . Tunc  
respondēs Petrus,cœpit ei dicere:  
ecce nos reliquimus omnia , & se-  
cuti sum⁹ te : quid ergo erit nobis? H  
I E S V S autem dixit illis: Amē di-  
co vobis, quod vos qui secuti estis  
me,in

me, in regeneratione, cū sederit filius hominis ī sede magestatis suā sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus israel. Et nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut pater, aut matrē, aut filios, aut agros propter nomē meū, & ppter euāgeliū, qui nō accipiet multo plura, cēties tantū, nunc in tempore hoc fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionib⁹, & in sāculo futuro vitam æternā possidebit. Multi autem erunt pri mi nouissimi: & nouissimi primi.

## CAPVT. XXX.

Mat.

20

Lu. 16

A



Imile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam

## CONCORDIA

in vineam suam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos ī vineā suam. Et egressus circa horam tertiam, vīdit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis: ite et vos ī vineā meā, & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autē exiit circa sextā, et nonam horam & fecit similiter. Circa vndecimā vero exiit, & inuenit alios stantes, & dixit illis: quid hic statis tota die otiosi? Dicūt ei: quia nemo nos conduxit. Dicit illis: ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factū esset, dicit dominus vineę, procuratori suo: voca operarios, & reddet illis mercedem: incipiens a nouissimis usq; ad primos. Cū venissent ergo, qui circa vndecimam horā venerāt, acceperūt singulos denarios

denarios. Venientes autem et pri-  
mi, arbitrati sunt, quod plus essent  
accepturi. Acceperunt autem & ip-  
si singulos denarios: & accipientes  
murmurabant aduersum patrem  
familias, dicentes: hi nouissimi vna  
hora fecerunt, & pares illos nobis  
fecisti, qui portauimus pond<sup>r</sup> diei  
& æstus. At ille respondens vni  
eorum dixit: amice, non facio tibi  
iniuriam. Nonne ex denario con-  
uenisti mecum? Tolle quod tuum  
est, & vade: volo autem & huic no-  
uissimo dare, sicut & tibi. Aut nō  
licet mihi, quod volo facere? An  
oculus tuus nequam est, quia ego  
bonus sum? Sic erunt nouissimi pri-  
mi, & primi nouissimi: multi enim  
sunt vocati, pauci vero electi. Di-  
cebatur autem & ad discipulos suos:  
homo qdā erat diues, qui habebat  
villicum

## CONCORDIA

villicū:& hic diffamatus est apud illum:quasi dissipasset bona ipsi<sup>o</sup>. Et vocauit illū,& ait illi:quid hoc audio d̄ te? Redde rationē villicationis tuæ: iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se:quid faciam,quia dominus me<sup>o</sup> aufert a me villicationem? Fodere non valeo , mendicare erubesco: scio quid faciam,vt cū amotus fuero a villicatione, recipient me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui,dicebat primo:quātum debes domino meo? At ille dixit:centum cados o lei. Dixitq; illi:accipe cautionem tuam,& sēde,cito scribe quinqua ginta. Deīde alij dixit:tu vero quātum debes? Qui ait : centum coros tritici. Ait illi: accipe literas tuas, & scribe octoginta . Et laudauit dominus

dominus villicum iniquitatis, quia  
prudenter fecisset: quia filij huius  
seculi, prudentiores filijs lucis ī ge-  
neratione sua sunt. Et ego dico vo-  
bis: facite vobis amicos de mámo-  
na iniquitatis, vt cum defeceritis,  
recipiāt vos in æterna tabernacula.  
Qui fidelis est in minimo, & in  
maiori fidelis est: & qui in modico  
iniquus est, & in maiori iniquo est.  
Si ergo in iniquo mámona fideles  
non fuistis, quod verū est, quis cre-  
det vobis? Et si in alieno fideles nō  
fuistis, quod vestrum est, quis da-  
bit vobis? Nemo seruus potest duo  
bus dominis seruire: aut enim vnū  
odiet, & alterum diligit: aut vni  
adherebit, & alterum conténet.  
Nō potestis deo seruire, & mámo-  
næ. Audiebant autem omnia hæc  
pharisei, qui erāt auari. & deride-  
bant

## CONCORDIA

bāt eū. Et ait illis: vos estis, qui iustificatis vos corā hominib⁹: de⁹ autē nouit corda, vestra: quia, quod hominib⁹ altū est, abominatio est āte deū. Lex et prophete vſq; ad Ioānē, ex eo regnū dei euāgelizat: & ōnis ī illud vim facit. Facili⁹ est autem cōlum, & terram prāterire, quam de lege vnum apicem cade re. Omnis qui dimittit vxorē suā, et alterā ducit, mœchatur: et qui dimissam a viro ducit, mœchatur.

Homo quidam erat diues, et induēbatur purpura & bisso, et epulabatur quotidie splendide: & erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad Ianuam eius vlceribus plenus, cupiens saturari de misis, quæ cadebant de mēſa diuitis: & nemo illi dabat. Sed canes veniebant, & lingebant vlcera eius.

Factum

Factum est autem, vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis ī sinū abrahæ: mortuus est autem, & diues: & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cū esset in tormentis, vidi Abraham a longe, & lazaram in sinu eius: & ipse exclamās, dixit: pater Abraham, miserere mei: & mitte Lazarū, vt intingat extremū digiti sui in aquā, vt refrigeret linguam meam: quia crucior in hac flama. Et dixit illi Abraham: fili, recordare, quia receperisti bona ī vita tua

In biblijs gratiis bene correctis sic legitur: mortuus est autem & diues, & sepultus est. At q; in inferno attollens oculos suos, cum esset in tormentis, vidi. &c. Emphasim enī habet colū ilud, in sepultus est, positū idq; videtur innuere Augustin⁹, libro de cura pro mortuis agēda, ca. 2. cum

&amp; La

## CONCORDIA

sic ait: præclaras exequias in cōspectu hominū, purpurato illi diuiti turba exhibuit famulorū: sed multo clariores ī cōspectu domini, vlcero so illi pauperi ministerium præbuit agelorum: qui eū non extulerūt in mareum tumulum, sed in Abrahami numerum sustulerunt.

& Lazarus similiter mala: nunc autem hic cōsolatur, tu vero cruciaris: & in his omnibus, inter nos, & vos chaos magnum firmatum est: vt hi qui volūt hinc trāsire ad vos nō possint: neq; inde huc trāsmeare. Et ait: rogo ergo te pater, vt mittas eum in domū patris mei: habeo enim quinq; fratres, vt teste tur illis, ne & ipsi veniāt in hūc locum tormentorum. Et ait illi Abrahā: habent Moysem, & prophetas: audiāt illos. At ille dixit: non pater Abraham, sed quis



sed si quis ex mortuis ierit ad eos  
pœnitentiam agé. Ait autē illi: si  
Moysēm & prophetas nō audiūt,  
neq̄ si quis ex mortuis resurrexe-  
rit credent.

## CAPVT. XXXI.

Io. xi.

A



Rat autem quidam lan-  
guens Lazarus a Betha-  
nia, de castello Marię, et  
Marthæ sororum eius.

Maria autem erat, quæ vnxit de-  
minum vnguento, & extersit pe-  
des eius capillis suis: cui⁹ frater La-  
zarus infirmabatur. Miserunt er-  
go forores eius ad eum, dicentes:  
domine, ecce quem amas, infirma-  
tur. Audiens autē I E S V S , dixit  
eis: Infirmitas hæc non est ad mor-  
tem: sed pro gloria dei, vt glorifi-  
cetur filius dei per eam. Diligebat

S autem

## CONCORDIA

autem I E S V S Martham , & Ma-  
riam sororem eius , & Lazarū . Ut  
ergo audiuīt , quia infirmabatur ,  
nūc quidē māsit in eodē loco duo-  
bus diebus : deinde post hāc , dicit  
discipulis suis : eamus in Iudeā ite-  
rū . Dicūt ei discipuli : Rabbi , nūc  
quārebant te Iudei lapidare , et ite  
rū vadis illuc ? Respōdit I E S V S :  
nonne duodecim horæ sunt diei ?  
Si quis ambulauerit in die , nō of-  
fendit , quia lucem huius mundi vi-  
det : si autē ambulauerit in nocte  
offēdit : quia lux nō est in eo . Hāc  
ait , & post hēc dicit eis : Lazarus  
amicus nōster dormit : sed vado , vt  
a somno exfucitem eum . Dixerūt  
ergo discipuli eius : domine , si dor-  
mit , saluus erit . Dixerat autem I E  
S V S de morte eius , illi autem pu-  
tauerūt , qā de dormitione somni  
diceret

## EVANGELISTARVM 138

diceret. Tunc ergo I E S V S dixit  
eis manifeste: Lazarus mortu<sup>o</sup> est:  
et gaudeo propter vos: ut credatis  
quoniam nō eram ibi. Sed eamus  
ad eum. Dixit ergo Thomas, qui  
dicitur Didim<sup>o</sup>, ad condiscipulos:  
Eamus et nos, et moriamur cum il-  
lo. Venit itaq; I E S V S, & inue-  
nit eū, quatuor dies iam in monu-  
mento habentem. Erat autem Be-  
thania iuxta hierosolimā quasi sta-  
dijs quindecim. Multi autem ex iu-  
deis venerant ad Martham, & Ma-  
riam: ut consolarentur eas de fra-  
tre suo. Martha ergo, vt audiuit  
quia I E S V S venit, occurrit illi.  
Maria autem domi sedebat. Dixit  
B ergo Martha ad I E S V M: Domi-  
ne, si fuisses hic, frater meus nō fui-  
sse mortuus. Sed et nūc scio, quia  
quęcumq; poposceris a deo, dabit  
S ij tibi

## CONCORDIA

tibi deus. Dicit illi I E S V S: resurget frater tuus. Dicit ei Martha: scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei I E S V S ego sum resurrectio, & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet. Et omnis qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc? Ait illi: utique domine: ego credidi, quia tu es Christus filius dei viui: qui in hunc mundum venisti. Et cum haec dixisset, abiit: & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens: magister adest et vocat te. Illa ut audiuit, surrexit cito, & venit ad eum ( non dum enim venerat I E S V S in castellum sed erat adhuc in illo loco, ubi occurserat ei Martha ) Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariam, quia cito

quia cito surrexit , & exiit, secuti  
funt eā dicentes: quia vadit ad mo-  
numentum, ut ploret ibi. Maria er-

C go, cum venisset, ubi erat I E S V S  
videns eum, cedidit ad pedes eius:  
& dieit ei: Domine, si fuisses hic,  
nō esset mortuus frater meus. I E-  
S V S ergo ut vidit eam plorantē,  
& iudæos qui venerāt cum ea plo-  
rantes, infremuit spiritu, & turba-  
uit seipſū, & dixit: ubi posuisti eū?  
Dicunt ei: domine, veni & vide. Et  
lachrymatus est I E S V S . Dixerunt  
ergo Iudæi: ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ip-  
sis dixerunt: non poterat hic, qui  
aperuit oculos cæci nati, facere  
ut hic non moreretur ? I E S V S ,  
ergo rursus fremens in semetipſo,  
venit ad monumentum. Erat autē  
spelūca, & lapis superpositus erat  
S iij ei. Ait

## CONCORDIA

ei. Ait I E S V S : tollite lapidem.  
Dicit ei Martha soror ei<sup>r</sup>, qui mor-  
tu<sup>r</sup> fuerat: domine, iam fætet: qua-  
triduanus est enim . Dicit ei I E-  
S V S : nonne dixi tibi, quoniam si  
credideris, videbis gloriā dei? Tu-  
lerunt ergo lapidem. I E S V S au-  
tem eleuatis sursum oculis , dixit:  
pater, gratias ago tibi, quoniam au-  
disti me: ego autem sciebam, quia  
semper me audis: sed propter po-  
pulum qui cīrcunstat, dixi: vt cre-  
dant, quia tu me misisti. Hæc cum  
dixisset, voce magna clamauit: La-  
zare, veni foras . Et statim prodijt  
qui fuerat mortuus, ligatus manus  
& pedes institis: & facies illius su-  
dario erat ligata. Dixit eis I E S V S  
soluite eum: & finite abire . Multi  
ergo ex iudeis, qui venerāt ad Ma-  
riam, & Marthā, & viderant quæ  
fecit

## EVANGELISTARVM 140

fecit I E S V S , crediderunt in eū: quidam autem ex ipsis, abierūt ad phariseos, & dixerunt eis, quæ fecit I E S V S . Collegerūt ergo pōtifices, & pharisei concilium, & dicebant: quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittim⁹ eum sic, omnes credent in eum: & veniēt romani, & tollent locū nostrum, & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cū esset pōtifex anni illius. Dixit eis: vos nesciatis quiequā, nec cogitatis, quia expedit vobis, ut vnuis moriatur homo pro populo: & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso nō dixit, sed cū esset pontifex anni illius, prophetauit quia I E S V S moriturus erat pro gente: & non tantum pro gente, sed vt filios dei, qui erant disperſi, congregaret in

S iiiij vnum.

## CONCORDIA

vnum. Ab illo ergo die cogitaue-  
runt, vt interficerent eum. IESVS  
ergo iam nō in palam ambulabat  
apud iudeos: sed abiit in regionem  
iuxta desertum in ciuitatem, quæ  
dicitur Efrē: & ibi morabatur cū  
discipulis suis. Proximum autem  
erat pascha iudeorum. Et ascende-  
runt multi hierosolymam d̄ regio-  
ne ante pascha: vt sanctificarent se  
ipsos. Quærebant ergo I E S V M,  
& colloquebantur ad inuicem, in  
templo stantes: quid putatis? quia  
non venit ad diem festum istum?  
Dederant autem pōtices, & pha-  
risæi mandatum: vt si quis cogno-  
uerit ubi sit, indicet, vt apprehen-  
dāt eum.

## CAPVT. XXXII.

**F**ACTUM est autem dum comple-  
tetur dies assumptionis eius: &  
ipse

Lu. 9

&.17

&.18

&.19

## EVANGELISTARVM 141

ipse faciem suam firmauit, vt iret  
in Ierusalem. Et factum est dum  
iret, transibat per medium Sama-  
riam, & Galilæam. Et cum ingre-  
deretur quoddam castellum, occu-  
rerunt ei decem viri leprosi. Qui  
steterunt a longe, & leuauerūt vo-  
cem dicentes: I E S V præceptor,  
miserere nostri. Quos ut vidit, di-  
xit: ite, ostendite vos sacerdotibus.  
Et factum est, dum irent: mundati  
sunt. Vnus autem ex illis, ut vidit  
quia mudatus est, regressus est cū  
magna voce magnificás deum, &  
cecidit in faciem ante pedes eius,  
gratias agens: & hic erat samarita-  
nus. Respondés autem I E S V S,  
dixit: nōne decem mundati sunt?  
Et nouem vbi sunt? Non est qui re-  
diret, & daret gloriā deo, nisi hic  
alienigena. Et ait illi: surge, vade:  
quia

## CONCORDIA

qnia fides tua te saluum fecit. Tūc  
misit nuntios ante conspectū suū. B  
Et euntes intrauerūt in ciuitatem  
famaritanorum, vt pararent illi.  
Et non reepperūt eum, quia facies  
eius erat eūris in Ierusalem . Cum  
vidissent autem discipuli eius Iaco  
bus & Ioannes,dixerunt:domine,  
vis dicimus:vt ignis descendat de  
cœlo,& consummat illos? Et con  
uersus increpauit illos,dicēs: nesci  
tis cui⁹ spirit⁹ estis . Filius hominis  
nō venit animas perdere,sed salua  
re. Et abierūt in aliud castellū. Et  
ascendēs I E S V S hierosolymam  
assumpsit duodecim discipulos su  
os:erant autem in via ascendentēs  
hierosolymā,& præcedebat illos  
I E S V S,& stupebant,& sequen  
tes timebant. Et assumens iterum  
duodecī secreto,capit illis dicere  
C  
D  
qua

quæ essent ventura ei , & ait illis:  
ecce ascendimus hierosolymam:  
& filius hominis tradetur principi  
bus sacerdotū, & scribis, & senio-  
ribus:& cōsummabuntur omnia,  
quæ scripta sunt per prophetas de  
filio hominis: & condemnabunt  
eum morte:& tradent eum genti-  
bus:& illudent ei: & conspuēt eū:  
& flagellabunt eum:& postquam  
flagellauerint, occident eū:& ter-  
tia die resurget . Et ipsi nihil horū  
intellexerūt. Et erat verbum istud  
absconditum ab eis, & non intelli-  
gebant, quæ dicebātur. Tunc ac-  
cessit ad eum mater filiorū Zebe-  
dæi cum filijs suis adorans, & pe-  
tēs aliquid ab eo. Qui dixit ei, quid  
vis? Ait illi: dic, vt sedeant hi duo fi-  
lij mei, unus ad dexteram tuam, et  
unus ad sinistram in regno tuo. Et  
accedunt

## CONCORDIA

accedunt ad eum Iacobus, & Ioánes filij Zebedæi, dicétes: magister volumus vt quodcūq; petierimus facias nobis. At ille dixit eis: quid vultis, vt faciam vobis? At illi dixe runt: da nobis, vt vnuſ ad dexterā tuam, & alijs ad sinistrā tuā ſedcamus in gloria tua. Respondēs autem I E S V S dixit eis: nescitis quid petatis. Potestis bibere calicē quē ego bibo? Aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei: possumus. I E S V S autem ait eis: calicem quidem meum quem ego bibo, bibetis: & baptismo, quo ego baptizor, baptizabimini: ſedere autē ad dexterā meā vel ad ſinistrā, non eſt meum dare vobis: ſed quibus paratum eſt a patre meo. Et audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus

Iacobo

Iacobo & Ioanne. IESVS autē  
vocauit eos ad se, & ait: scitis quia  
principes gentium, & qui videtur  
E principari gentibus, dominantur  
eis: & qui maiores sunt, & princi-  
pes eorum, potestatem habent, &  
exercent inter eos: non ita est autē  
in vobis: sed quicūq; voluerit inter  
vos maior fieri, sit vester minister:  
& quicūq; voluerit inter vos pri-  
mus esse, erit omnium seru⁹. Sicut  
& filius hominis non venit, vt mi-  
nistraret ei, sed vt ministraret:  
& daret animam suam redemptio-  
nem pro multis. Factum est au-  
tem cum appropinquaret Ieri-  
cho, cæcus quidam sedebat secus  
viam mendicans: & cū audiret tur-  
bam prætereūtem, interrogabat,  
F quid hoc esset. Dixerunt autem ei,  
quod IESVS nazarenus trāsiret  
ROSA  
& cla

## CONCORDIA

& clamauit dicens: I E S V fili da-  
uid miserere mei. Et qui præibant  
increpabant eum ut taceret. Ipse  
vero multo magis clamabat: fili  
Dauid miserere mei. Stans autem  
I E S V S , iusit illum adduci ad se,  
& cum appropinquasset, interro-  
gauit illum dicens: quid tibi vis fa-  
ciam? At ille dixit: domine , vt vi-  
deam. Et I E S V S dixit illi: respi-  
ce, fides tua te saluum fecit. Et cõ-  
festim vedit, & sequebatur illum  
magnificās deum. Et omnis plebs  
vt vedit, dedit gloriam deo. Et ve-  
niunt Iericho, & ingressus, per am-  
bulabat Iericho. Et ecce vir nomi-  
ne Zacheus, & hic princeps erat  
publicanorū, & ipse diues. Et que-  
rebat videre I E S V M , quis esset.  
Et non poterat præ turba, quia sta-  
tura pusillus erat. Et præcurrrens  
ascen

ascendit in arborem lycomorum  
ut videret eum, quia inde erat trā-  
fiturus. Et cum venisset ad locum,  
suspiciens I E S V S vidi illum, &  
dixit ad eum: Zachee festiñas des-  
cēde, quia hodie ī domo tua oportet  
me manere. Et festinans descē-  
dit, & exceptit illum gaudēs. Et cū  
viderent omnes, murimurabant di-  
centes: quod ad hominem peccato-  
rem diuertisset. Stans autem Za-  
cheus, dixit ad I E S V M : ecce di-  
midium bonorum meorum, domi-  
ne do pauperib⁹: & si quid aliquē  
defraudauī, reddo quadruplum.  
Ait I E S V S ad eum: quia hodie  
sal⁹ huic domui facta est, eo quod  
& ipse, fili⁹ fit Abrahæ. Venit enī  
filius hominis quærere, & saluum  
facere quod perierat.

## CAPVT. XXXIII.

Hæc illis



## CONCORDIA

**H**Æc illis audiētibus, adij  
ciens dixit parabolam,  
eo quod esset prope Ie-  
rusalem, & quia existi-  
marent, quod confestim regnum  
dei manifestaretur. Dixit ergo: ho-  
mo quidam nobilis abiit in regio-  
nem longinquā, accipere sibi reg-  
num, & reuerti. Vocatis autem de-  
cé seruis suis, dedit eis decé mnas  
& ait ad illos: negotiamini dū ve-  
nio. Ciues autem eius oderant eū,  
& miserūt legationem pōst illum  
dicentes: nolumus hunc regnare  
super nos. Et factum est, vt rediret  
accepto regno, & iusit vocari ser-  
uos, quibus dedit pecuniam: vt sci-  
ret, quantum quisque negotiatūs  
esset. Venit autem primus, dicens:  
domine, mna tua decé mnas acqui-  
sīuit. Et ait illi: euge serue bone,  
quia

Lu. 13

&. 17

&. 18

&. 19

Mar.

10.

Mat.

20.

A

quia i modico fuisti fidelis, eris po-  
testatem habens super decem ciui-  
tates. Et alter venit dicēs: domine,  
mna tua fecit quīq; mnas. Et huic  
ait: & tu esto super quinq; ciuita-  
tes. Et alter venit dicēs: Domine,  
ecce mna tua: quam habui reposi-  
tam i sudario. Timui enim te, quia  
homo austerus es: tollis quod non  
posuisti, & metis quod non semi-  
nasti. Dicit ei: de ore tuo te iudico  
serue nequam. Sciebas quod ego  
homo austerus sum, tollens quod non se-  
minaui: & quare non dedisti pecu-  
niā meā ad mensam: et ego ve-  
niens, cum usuris utiq; exegissē  
illud? Et astātibus dixit: auferte ab  
illo mnā: & date illi, qui decem  
mnas habet: & dixerunt ei: domi-  
ne, habet decēm mnas. Dico autē

T vobis

## CONCORDIA

Vobis, quia omni habenti dabitur,  
& abundabit: ab eo autem qui nō  
habet, et quod habet, auferetur ab  
eo. Verū tamē inimicos meos illos  
qui noluerūt me regnare super sc,  
adducite huc : & interficite ante  
me. Interrogatus autē a pharisæis B  
quando venit regnum dei, respon-  
dens eis dixit: nō venit regnū dei,  
cū obseruatione, neq; dicent: ecce  
hic, aut ecce illic. Ecce regnū dei  
intra vos est. Et ait ad discipulos  
suos: venient dies, quando deside-  
retis videre vnum diem filij homi-  
nis, & non videbitis. Et dicēt vo-  
bis: ecce hic, & ecce illic, nolite ire  
neq; sectemini: nam sicut fulgur  
coruscans de cœlo, in ea quæ sub-  
cœlo sunt fulget: ita erit filius ho-  
minis in die sua. Primū autē opor-  
tet illum multa pati, & reprobari  
a gene

a generatione hac: et sicut factum  
est in diebus Noe, ita erit et in die-  
bus filij hominis: edebant, & bibe-  
bant, vxores ducebant, & daban-  
tur ad nuptias, usq; in diem qua in-  
travit Noe in arcam: & venit dilu-  
uium, & perdidit omnes. Similiter  
sicut factum est in dieb<sup>o</sup> Lot: ede-  
bant, & bibebant, emebant, & ve-  
debant, plantabat, & ædificabat:  
qua die autē exiit Lot a Sodomis,  
pluit ignem, et sulphur de cœlo: et  
omnes perdidit. Secundum haec  
erit, qua die filius hominis reuelab-  
it. In illa hora, qui fuerit ī tecto  
& vasa eius in domo, ne descédat  
tollere illa. Et qui ī agro, similiter  
C non redeat retro. Memores estote  
vxoris Lot. Quicūq; quæsierit a-  
nimā suam saluam facere, perdet  
illam: & quicūq; perdiderit illam,

T ij viiiij

## CONCORDIA

viuificabit eam. Dico vobis, in illa  
nocte erunt duo in lecto uno, vnus  
assummetur, & alter relinquetur.  
Duæ erunt molètes in unum: una  
assummetur, et altera relinquetur  
duo in agro: unus assummetur, &  
alter relinquitur. Respōdentes di-  
cūt illi: ubi domine? Qui dixit illis:  
vbiq[ue] fuerit corpus, congrega-  
buntur & aquilæ. Et egrediētibus D  
illis ab Hierico, secuta est eum tur-  
ba multa. Et ecce duo ceci sedētes  
secus viā, audierūt quod I E S V S  
transiret, & clamauerunt dicētes:  
domine, miserere nři fili Dauid.  
Turbæ autem increpabant eos, vt  
tacerent. At illi magis clamabant  
dicentes: domine, miserere nostri  
fili Dauid. Et itans I E S V S voca-  
uit eos, et ait: quid vultis, vt faciā  
yobis? Dieunt illi: domine, vt ape-  
riantur

riatur oculi nostri. Misertus autē eorum I E S V S tetigit oculos eorum, & confessim viderunt, & sequuti sunt eum. Et proficiscente eo d Hierico, & discipulis ei⁹, et plura multitudine, fili⁹ Thimēi Barthimē⁹ cecus sedebat iuxta viā mē dicans. Qui cum audisset, quia I E S V S nazaren⁹ est, cœpit clamare & dicere: I E S V fili Dauid, misere re mei. Et cōminabantur ei multi, ut taceret: at ille multo magis clamabat: fili Dauid, miserere mei. Et stans I E S V S præcepit illum vocari. Et vocant cecum dicentes ei: animēquior esto, surge: vocat te. Qui proiecto vestimento suo, exiliens venit ad eum. Et respondens I E S V S dixit illi: quid tibi vis faciam? Cucus autē dixit ei: Rabbonī, ut videā. I E S V S ait illi: vade,  
T iiij fides

## CONCORDIA

fides tua te saluum fecit. Et statim  
vidit: & sequebatur eum in via. Et  
ibat per ciuitates, et castella docēs  
et iter faciens in Ierusalem. Ait au-  
tem illi quidam: domine, si pauci  
sunt, qui saluantur? Ipse autem di-  
xit ad illos: contendite intrare per  
angustam portā: quia multi dico  
vobis, quārent intrare, & non po-  
terunt. Cum autem intrauerit pa-  
terfamilias, & clauerit ostium, in-  
cipietis foris stare, & pulsare ostiū  
dicentes: domine, aperi nobis. Et  
respondēs dicet vobis: nescio vos  
vnde sitis. Tunc incipietis dicere  
manducauimus coram te, & bibi-  
mus, & in plateis nostris docuisti.  
Et dicet vobis: nescio vos, vnde si-  
tis: discedite a me omnes operarij  
iniquitatis. Ibi erit fletus, et stridor  
dentium: cum videritis Abraham,  
& Isaac,

EVANGELISTARVM 148

& Isaac, & Jacob, & omnes prophetas in regno dei, vos autem ex pelli foras. Et venient ab oriente, & occidente, & aquilone, et austro, & accumbet in regno dei. Et ecce sunt nouissimi, qui erant primi: & sunt primi, qui erant nouissimi.

CAPVT. XXXIII.

Io.12  
Mat,  
21.  
Lu.19  
Mar



ESV ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus: quem susci tavit IESVS. Fecerunt autem ei a cœnâ ibi: & Martha ministrabat. Lazarus vero unus erat ex discubentibus cum eo. Maria ergo acccepit libram vnguenti nardi pisticæ pretiosi, & vnxit pedes IESV: & extersit pedes eius capillis suis: et domus impleta est ex odore vnguenti.

T iiii      Dixit

## CONCORDIA

Dixit ergo vnuſ ex diſcipulis eius  
Iudas ifcariotes, qui erat eum tra-  
diturus: quare hoc vnguentum nō  
venijt trecentis denarijs: et datum  
eſt egenis? Dixit autem hoc: non  
quia de egenis pertinebat ad eum:  
ſed quia fur erat, & loculos habēs  
ea quā mittebantur portabat. Di-  
xit ergo I E S V S : ſine illam, in  
diem ſepulturæ meā feruet illud.  
Pauperes enim ſemper habebitis  
vobifcum, me autem non ſemper  
habebitis. Cognouit ergo turba  
multa ex iudæis, quia illic eſt: et ve-  
nerunt non propter I E S V M tā-  
tum, ſed vt Lazarum viderēt: quē  
ſuſcitauit a mortuis. Cogitauerūt  
autē principes ſacerdotum, vt &  
Lazarum interficerent: quia mul-  
ti propter illum abibant ex Iudeis  
& credebat in I E S V M. In craſti-

num au

num auté cum appropinquassent  
B Hierosolymis, & Bethaniæ, & ve-  
nissent Bethphage ad montē oliua-  
rum: tunc I E S V S misit duos dis-  
cipulos suos, dicens eis: ite in castel-  
lum, quod contra vos est: in quod  
introeuntes statim inuenietis asin-  
nam, et pullum cum ea, asinæ alli-  
gatum: super quē nemo adhuc ho-  
minum sedidit. Soluite, & adducite  
mihi: & si quis vos interrogauerit,  
& dixerit vobis, quid facitis? Quid  
soluitis? Dicite, quia dominus his  
opus habet: & confessim dimittet  
eos huc. Abierūt autem, qui missi  
erant discipuli, & inuenérūt, sicut  
dixit illis I E S V S, stantem pullū  
ligatum ante ianuā foris in biuio,  
& soluunt eum. Soluentibus auté  
illis pullum, quidam de illic stanti  
b°, & domini eius dixerūt ad illos:  
quid

## CONCORDIA

quid facitis, soluētes pullum? Qui dixerunt eis, sicut pr̄ceperat illis I E S V S: q̄a domin⁹ eū necessariū habet, et dimiserūt eis. Et adduxerunt aſinām, & pullū ad I E S V M & imposuerunt super eos vētimēta sua: & eum desuper federe fecerunt. Plurima autē turba, quæ ve-nerat ad diem festum, cum audis-ſc̄t, quia venit I E S V S Hierosoly-mam: acceperunt ramos palmarū & processerunt obuiam ei: & mul-ti ſtrauerūt vētimenta sua in via: alij autem frondes & ramos cāde-bant de arboribus, & ſternebāt in via. Et cum appropinquaret iā ad deſcenſum mōtis oliueti, cōperūt omnes turbāe deſcedentium, gau-dentes laudare deum voce magna ſuper omnibus, quas viderant, vir-tutib⁹. Turbāe autem quæ pr̄ce-debant

debant, & quæ sequebantur, clamabant dicentes: benedictus qui venit in nomine domini rex Israel: benedictum quod venit regnum patris nři Dauid, hosanna in altissimis, pax in cœlo, & gloria in excelsis. Hoc autem factum est, ut adimpleret quod dictum est per prophetā dicentē: dicite filiæ Syō: noli timere filia Syō, ecce rex tuus venit tibi misericordia, sed es super aſinā, & pullū filium subiugalis. Hæc non cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est IESVS, tunc recordati sunt, quia hæc erat scripta de eo: & hec fecerunt ei. Et quidam phariseorū, & de turbis dixerūt ad illum. Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait: dico vobis, quia si hitacuerint, lapides clamabunt. Testimonium ergo prohibebat turba quæ

## CONCORDIA VI

quæ erat cum eo, quando Lazarū vocauit de monumento, & suscitauit eū a mortuis. Propterea et obuiam venit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerūt ad semet ipsos: videtis quia nihil proficimus: ecce mundus tot⁹ post eum abiit. Et cū appropinquauit, videns ciuitatem fleuit super illā, dicēs: quia si cognouisses & tu, & quidem ī hac die tua, quæ ad pacem tibi: nunc autē abscondita sunt ab oculis tuis: quia venient dies in te, et circundabunt te inimici tui vallo: et circundabūt te, & coangustabunt te vndiqz, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & nō relinquēt in te lapidē super lapidē: eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. Et cum ītraffet Hierosolymam,

EVANGELISTARVM 151

mam, cōmota est vniuersa ciuitas,  
dicens: quis est hic? Populi autem  
dicebant: hic est I E S V S prophe-  
ta a Nazareth Galilææ. Et introuit  
in templum. Et circunspe&ctis om-  
nibus, cum iam vespera esset hora  
exiit in Bethaniā cum duodecim.

**D** Et alia die cum exiret a Bethaniā  
esurijt. Cūq; vidisset a longe sicū  
vnam habentem folia secus viam,  
venit ad eā, si quid videlicet inue-  
niret in ea. Et cum venisset ad eā,  
nihil inuenit in ea, nisi folia tantū  
(nō enim erat tempus ficorum) Et  
respondēs ait illi: iam nō amplius  
in æternum ex te fructum quisquā  
manducet: & nūquā ex te fructus  
nascatur in æternum. Et arefacta  
est continuo ficalnea: et audiebat  
discipuli eius. Et veniunt iterum  
**E** Hierosolymā. Et igrēssus I E S V S  
in tem-

## CONCORDIA

Quibusdam placet, bis dominum eadē hebdomada ei ecclisse de templo ementes & vendētes, prima sabbati, & secunda sabbatī, vt scilicet conciliantur euangelistae Mat. Mar. & Lu. quā in re plurimum laborat Augustinus.

in templum dei, cœpit ei jucere omnes videntes, & ementes in templo. Et mensas numerarū, & cathedras vendentium colubas euertit: & nō sinebat, ut quisquam transferret vas per templū: & docebat dicens eis: nō ne scriptum est, quia domus mea domus orationis est, et vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Et acceperunt ad eum cœci, & claudi in templo & sanauit eos. Videntes autē principes sacerdotum, et scribē mirabilia quæ fecit, & pueros claimantes in templo

in templo, & dicētes: hosanna filio  
Dauid: indignati sunt, et dixerūt ei  
audis, quid isti dicunt? I E S V S au-  
tē dixit eis: vtiq; nunquā legistis,  
quia ex ore infantium, & lacten-  
tium perfecisti laudem? Quo audi-  
to principes sacerdotū, & scribæ,  
& principes plebis, quærebāt quo  
modo eū perderent: timebāt enim  
eum: quoniam vniuersa turba ad-  
mirabatur super doctrina eius. Et  
non inueniebant, quid facerēt illi:  
omnis enim populus suspēsus erat  
audiens illum. Et erat docens quo  
tidie in templo. Et relictis illis, cū  
vespera facta esset, egrediebāt de  
ciuitate, & ibat in Bethaniā. Et  
cum mane transirent, viderunt fi-  
cum aridam factam a radicibus,  
¶ & mirati sunt discipuli dicentes:  
quomodo cōtinuo aruit? Et recor-  
datus

## CONCORDIA

datus Petrus, dixit ei: Rabbi, ecce  
ficus, cui maledixisti. Et respondēs  
I E S V S ait illis: habete fidē dei.  
Amē dico vobis: si habueritis fidē  
& non hesitaueritis, nō solum de-  
ficolnea facietis, sed quicūq; dixe-  
rit huic monti, tollere, & mittere  
in mare, & non hesitauerit in cor-  
de suo, sed crediderit, quia quod-  
cūq; dixerit fiat, fiet ei. Et propte-  
rea dico vobis: omnia quæcūq; pe-  
tieritis in oratione credentes, acci-  
pietis, & eueniēt vobis.

## C A P V T . X X X V .



Tveniunt rursus Hiero Lu.18  
solymam ī templum. Et &.20  
cū federet I E S V S con &.21  
tra gazophilazium, aspi Mar.  
ciebat quomodo turba iactaret ἐς:  
& vidit eos, qui mittebāt munera 12.  
Io.18  
A  
sua in

sua in gazophilatum, diuites: mul-  
 ti enim diuites iactabat multa. Cū  
 venisset autem vidua vna pauper-  
 cula, missit duo æra minuta: quod  
 est quadrans. Quam ut vidit, con-  
 uocas discipulos suos, ait illis: amē  
 dico vobis, quoniam vidua hæc pau-  
 per, plus omnibus misit: qui mise-  
 rit in gazophilatu. Omnes enim,  
 ex eo quod abundabat illis, miser-  
 rūt in munera dei: hæc vero de pe-  
 nuria sua, ex eo quod deest illi, om-  
 nia quæ habuit misit: totum victū  
 suum. Dixit autem ad quosdā, qui  
 in se confidebāt tanquam iusti, &  
 aspernabantur cæteros, parabolā  
 istam, dicens: duc homines ascen-  
 debant in templum, ut orarēt: vn⁹  
 pharisæus, & alter publican⁹. Pha-  
 risæus stans, hæc apud se orabat:  
 deus, gratias ago tibi, quia nō sum

V sicut cæ

Lu.18  
 &.20  
 &.21  
 Mat.  
 12.  
 Io.13  
 A

## CONCORDIA

Licut cæteri hominum:raptoreſ , iuſti, adulteri, velut etiā hic publi-  
canus. Ieiuno bis in ſabbato : deci-  
mas do omnium quæ poſſideo. Et  
publicanus a longe ſtans, nolebat  
nec oculos ad cœlum leuare : ſed  
percutiebat pectus ſuum dicēſ: de⁹  
propiti⁹ eſto mihi peccatori. Dico  
vobis, deſcēdit hic iuſtificat⁹ in do-  
mum ſuam ab illo: quia omnis qui  
ſe exaltat, humiliabitur : & qui ſe  
humiliat, exaltabitur. Erāt autem  
quidam gentiles, ex hiſ qui aſcen-  
derant, ut adorarent in die festo.  
Hi ergo acceſerunt ad Philippum  
qui erat a Bethſaida Galilææ, et ro-  
gabant eum, dicenteſ: domine, vo-  
lūm⁹ I E S V M videre. Venit Phi-  
lippus, & dicit Andreæ: Andreas  
rurſum et Philippus, dixerunt I E  
S V. I E S V ſ autem reſpondit eis  
dicenſ:

## EVANGELISTARVM 154

dicens: venit hora, vt clarificetur  
filius hominis. Amen amē dico vo  
bis, nisi granum frumenti cadeās  
in terram, mortuum fuerit: ipsum  
solum manet: si autem mortuum  
**D**fuerit, multū fructum affert. Qui a  
mat animam suam, perdet eam: et  
qui odit animam suam in hoc mū  
do, in vitam æternam custodit ea.  
Si quis mihi ministrat, me sequar  
& ubi sū ego, illic & minister me  
erit. Si quis mihi ministrauerit, ho  
norificabit eum pater meus. Nunc  
anima mea turbata est: & quid di  
cam? Pater saluifica me ex hac ho  
ra. Sed propterea veni in horam  
hanc: pater clarifica nomē tuim.  
Venit ergo vox de cœlo dicens: &  
clarificaui, & iterum clarificabo.  
Turba ergo quæ stabat, & audie  
bat, dicebat, tonitruū esse factum.

Vij Alij autem

## CONCORDIA

Alij autem dicebant: angelus ei locutus est. Respondit I E S V S , Et dixit: non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nūc princeps huius mundi ejicit foras. Et ego, si exaltatus fuero a terra, omnia trahā ad me ipsum ( hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus) Respondit ei turba: nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in æternum: et quomodo tu dicis, oportet exaltari filius hominis? Et quis est iste filius hominis? Dixit ergo eis I E S V S : adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate, dum lucem habetis: ut non vos tenebre cōpre hendat. Et qui ambulat in tenebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem: ut filij lucis sitis. Hæc locutus est I E S V S , & abiit

abijt : & abscondit se ab eis. Cū autē  
tanta signa fecisset coram eis, non  
credebant in eum: ut sermo Esaiae  
impleretur, quem dixit: Domine  
quis credidit auditui nřo, et bra-  
chiūm domini cui reuelatum est?  
Propterea non poterant credere:  
quia iterū dixit Esaias: excecauit  
oculos eorū, & indurauit cor eorū:  
vt nō videat oculis, et nō intelli-  
gant corde: & conuertantur, & sa-  
nem cos. Hæc dixit Esaias, quādo  
vidit gloriam eius, & locutus est  
de eo. Veruntamen & ex principi-  
bus multi crediderunt in eum. Sed  
propter pharisæos non confiteba-  
tur, vt e synagoga non ejceretur.  
dilexerūt enim gloriam hominū,  
magis quam gloriā dei. I E S V S  
autē clamauit, & dixit: qui credit  
in me, nō credit in me: sed in eum  
qui mi-

## CONCORDIA

qui misit me. Et qui videt me , vi-  
det eum qui misit me . Ego lux in  
mundum veni, vt omnis qui credit  
in me,in tenebris non maneat. Et  
si quis audierit verba mea,& non  
custodierit ea:ego nō iudico eum.  
Non enim veni vt iudicem mun-  
dum, sed vt saluificem mundum.  
Qui spernit me,& non accipit ver-  
ba mea,habet qui iudicet eum.Ser-  
mo quē loquutus sum, ille iudica-  
bit eum in nouissimo die:quia ego  
ex me ipso nō sū loquutus :fed qui  
misit me pater, ipse mihi mādatū  
dedit, quid dicā:et quid loquar. Et  
scio,quia mādatum eius vita æter-  
na est.Que ergo ego loquor,sicut  
dixit mihi pater, sic loquor. Et ve-  
niūt iterum Hierosolymam, & cū  
ambularet in templo,factum est ī  
vna dierum, docente illo populu, G  
& euān

**EVANGELISTARVM** 156

& euangelizante, cōuenerūt prin-  
cipes sacerdotū, & scribæ cum sc-  
nioribus, & accedētes ad eū , aut  
illi: dic nobis in qua potestate hæc  
facis: & quis est, qui dedit tibi hanc  
potestatem, vt ista facias? I E S V S  
autem respondens ait illis: interro-  
gabo vos & ego vnum sermonem  
quem si dixeritis mihi, & ego vo-  
bis dicam in qua potestate hæc fa-  
cio. Respondete mihi: baptismus  
Ioannis vnde erat: de cœlo, an ex-  
hominibus? At illi cogitabant in-  
tra se dicentes: quia si dixerimus, d  
œlo, dicet nobis: quare ergo non  
credidistis illi? Si autem dixerimus  
exhominibus, timemus populum:  
plebs enim vniuersa lapidabit nos  
omnes enim habebant Ioannem,  
& certi erant, quia vere propheta  
est. Et responderunt sc̄e nescire,  
V iiii dicentes

**CONCORDIA**  
dicentes: nescimus, IESVS autem  
respondens, ait illis: nec ego dico  
vobis, in qua potestate haec facio.  
Quid autem vobis videtur? Homo  
quidam habebat duos filios, & ac-  
cedens ad primum dixit: fili , vade  
hodie operari i vinea mea. Ille au-  
tem respondens ait: nolo. Postea au-  
tem pœnitentia motus abiit. Acce-  
dens autem ad alterum, dixit simi-  
liter. At ille respondens, ait: eo do  
mine. Et non iuit. Quis ex duabus,  
fecit voluntatem patris? Dicūt ei:  
primus. Dicit illis IESVS; amen  
dico vobis, quia publicani, et mere-  
trices præcedent vos in regno dei.  
Venit enim ad vos Ioannes in via  
iustitiae: & no credidistis ei. Publi-  
cani autem, & meretrices credide-  
runt ei: vos autem videtes, nec pœ-  
nitentiam habuistis postea, vt cre-  
deretis.

H  
deretis ei. Cœpit autem illis, & ad plebem in parabolis loqui, dicens aliam parabolā audite: homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepem circundedit ei, & fodit in ea torcular, & lacum, & ædificauit turrim, & locauit eā agricolis: et ipse peregre profectus est multis temporib⁹. Cum autem tempus fructuū appropinquaret, misit in illo tēpore ad agricultores cultores seruum vnū, & plures alios seruos, ut acciperent fructus vineæ. Et agricultorē apprehensis seruis eius, illum quidē cæsum miserūt vacuum, alium autem cæciderunt, alium occiderunt, alium vero lapidauerūt. Et addidit alterū seruū mittere: illi autem hunc quoq; in capite cædētes, & afficiētes contumelia, dimiserunt inanē;

Et rursum

## CONCORDIA

Et rursum addidit tertium mittere,  
qui & illum vulnerantes, eiecerunt  
& occiderunt: & alios seruos misit  
plures prioribus, & fecerunt illis  
similiter, quosdam cedentes, alios  
vero occidentes. Dixit autem do-  
minus vineæ: quid faciam? mittam  
filium meum dilectum. Adhuc er-  
go vnum habens filium charissimum,  
et illum misit ad eos nouissimum  
dicens: forsitan cum hunc vide-  
rint, verebuntur filium meum. Quæ  
cum vidissent agricolæ, cogitaue-  
runt intra se, & dixerunt ad inui-  
cēm: hic est heres, venite occidam⁹  
eū, & nostra erit hereditas. Et ap-  
prehensum eum, eiecerunt extra  
vineam, & occiderunt. Cum ergo  
venerit domin⁹ vineæ, quid faciet  
agricolis illis? Aiunt illi: malos ma-  
le perdet: & vineam suam locabit  
alijs

alijs agricolis, qui reddet ei fructū temporibus suis. Ait illis: vtiq; veniet, & perdet colonos istos: & dabit vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi: absit. Ille autem aspiciēs eos, ait: nūquam legitimis scripturā hanc: lapidem, quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, a domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum dei: & dabitur genti facienti fructus eius. Et omnis qui ceciderit super lapidē illū, confringetur, & conquassabitur. Super quem vero ceciderit, contenteret eum, & cōminuet illum. Et cū audissent principes sacerdotum, et pharisei parabolās eius, querebāt imittere in illū manus in illa hora, & tenere eum, cognoverūt enim quoniam

# CONCORDIA

quoniā ad eos hāc parabolā dixerit: & timuerūt populum, quoniā sicut prophetā cū habebāt. Et reliquo eo, abierunt.

## CAPV T. XXXVI.



T respondēs IESV S. Maz.  
dixit iterum in parabo- 22  
lis eis, dicens: simile fa- Mar.  
ctum est regnū cœlorū 12  
homini regi, qui fecit nuptias filio 20  
suo: & misit seruos suos vocare in A  
uitatos ad nuptias, & nolebant ve-  
nire. Iterum misit alios seruos di-  
cens: dicite iuitatis: ecce prandiu-  
meum paraui:tauri mei, & altilia  
occisa, & omnia parata: venite  
ad nuptias. Illi autem neglexerūt,  
& abierunt: aliis in villam suam;  
alius vero ad negotiationem suā:  
reliqui vero tenuerūt seruos eius;  
& cōtumelij affectos, occiderūt.

Rex

## EVANGELISTARVM 159

Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succedit. Tunc ait seruis suis: nuptiae quidem paratae sunt: sed qui invitati erant, non fuerunt digni: ite ergo ad exitus viarum, & quoescung inuenieritis, vocate ad nuptias. Et egressi servi eius in vias congregaverunt omnes, quos inuenierunt, malos, & bonos: & implete sunt nuptie discubentium. Intravit autem rex, ut videret discubentes, & vidit ibi hominem non vestitum ueste nuptiali: & ait illi: amice, quomodo hic intrasti, non habens uestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: ligatis manibꝫ, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati

## CONCORDIA

vocati, pauci vero electi. Tūc abe  
untes pharisæi consilium inierūt: **B**  
& mittūt ad eū, quosdam ex phari-  
sæis, discipulos suos, cum herodia-  
nis, insidiatores, qui se simularent  
iustos, ut caperēt eum in sermone  
& traderent illum principatui, &  
potestati præsidis. Qui venientes,  
interrogauerunt eum dicētes: ma-  
gister, scimus quia verax es, & re-  
cte dicis, & doces: & nō est tibi cu-  
ra de aliquo: non enim accipis per-  
sonam, nec vides in faciem homi-  
num: sed in veritate viā dei doces:  
dic ergo nobis, quid tibi videtur: li-  
cet nobis tributū dare Cæsari, an-  
non dabimus? Cōsiderans autem  
I E S V S dolum, & cognita versu-  
tia, & nequitia corū, ait illis: quid  
me tentatis hypocritæ? Ostendite  
mihi numisma census, ut videam.  
At illi

**EVANGELISTARVM** 160

At illi obtulerunt ei denarium. Erat illis IESVS: cuius est imago hæc, & superscriptio? Respondentes dixerunt: Cæsar is. Tūc respondet IESVS ait illis: redite ergo, quæ sūt Cæsar is, Cæsari, et quæ sūt Dei, Deo. Et audiētes nō potuerūt verbum eius reprehēdere coram plebe: & mirati in respōso eius tacuerunt, & relicto eo, abierunt. In illo die accesserunt ad eum quidā saducæorum, qui negant resurrectionem, & interrogauerunt eum dicētes: Magister, Moyses scripsit nobis, ut si cui<sup>o</sup> frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorē, & filios nō reliquerit, accipiat frater eius uxorem ipsius: ut resuscitet semen fratris suo. Erant autem apud nos septem fratres: et primus uxore dueta defunctus est, non relicto semine: & secun-

## CONCORDIA

& secundus accepit eam, & mortuus est: & nec iste reliquit sēmen: & tertius similiter: & acceperunt eam similiter omnes septē, & non reliquerunt semē, & mortui sunt. Nouissima omnium defuncta est & mulier. In resurrectione ergo, cum resurrexerint, cuius erit de septem? Siquidem omnes septem habuerunt eam vxorem. Respondens autem I E S V S , ait illis: non ne ideo erratis, nescientes scripturas, neq; virtutem dei ? Filij huius seculi nubunt, & tradūtur ad nuditas: cū vero a mortuis resurrexerint, illi qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neq; ducēt uxores, neq; ultra mori poterūt: sunt enim æquales angelis dei in cœlis & filii sunt dei, cum sint filii resurrectionis

rectionis. De mortuis autem quod resurgat, no leg istis in libro Moyse super rubum, quod dictum est a deo, dicente illi, & vobis: ego sum deus Abrahā, et de<sup>o</sup> Isaac, & de<sup>o</sup> Iacob? Nō est deus mortuorū, sed viuētiū omnes enim viuunt ei. Vos ergo multum erratis. Et audientes turbę mirabatur in doctrina eius. Refudentes autem quidam scribarū, dixerunt ei: magister bene dixisti.

D Pharisei autem audientes quod si lentium imposuisset saducæis, conuenerūt in vnū: & accessit unus d scribis le gis doctor, q̄ audierat illos conquirentes, & videns quoniam bene illis responderit, interrogauit illum, tentans eū: Magister, quod est Ali<sup>o</sup> videtur hic scriba, ab illo legis perryto Luc<sup>e</sup>. 10 illuc em̄ quæritur; hic querit de primo mandato.

X man-

## CONCORDIA

mandatum magnum , & primum  
in lege? I E S V S autem respondit  
ei: primum omnium mandatum est  
audi Israe l, domin⁹ deus tuus, deus  
vnus est: & diliges dominum deū  
tuum ex toto corde tuo, & ex tota  
anima tua, & ex tota mente tua, et  
ex tota virtute tua. Hoc est maxi-  
mum, & primum mandatum . Se-  
cundum autem simile huic, est: di-  
liges proximum tuum , sicut teip-  
sum. Maius horum aliud mandatū  
non est . In his duobus mandatis,  
vniuersa lex pendet, & prophetæ.  
Et ait illi scriba: bene magister , in  
veritate dixisti: quia vnu s est deus  
& non est alius præter eum : & vt  
diligatur ex toto corde, & ex toto  
intellectu, & ex tota anima , & ex  
tota fortitudine, & diligere proxi-  
mum tanquam scipsum, maius est  
omnibus

EVANGELISTARVM 16<sub>2</sub>

omnibus holocaustomatis , & sa-  
crificij. I E S V S autem videns  
quod sapienter respondisset, dixit  
illi: non es longe a regno dei. Con-  
gregatis autem phariseis, interro-  
gauit eos I E S V S, dicens: quid vo-  
bis videtur de Christo: cuius filius  
est? Dicunt ei: Dauid. Et respōdēs  
I E S V S dicebat docēs in templo:  
quomodo dicūt scribæ: Christum  
filium esse Dauid? Quomodo ergo  
& ipse Dauid in spiritu sancto di-  
cit in libro psalmorum: dixit domi-  
nus dño meo, sede a dextris meis:  
donec ponam inimicos tuos, scabe-  
llum pedum tuorum? Si ergo ipse  
Dauid vocat eum dominum: quo-  
modo filius eius est? Et nō poterāt  
ei respondere verbum: nec au-  
sus fuit quisquam ex illa die eum  
amplius interrogare , & multa

Xij turba

## CONCORDIA

turba eum libenter audiuit.

### CAPVT. XXXVII.

Vnc I E S V S audiente Mat:  
omni populo, loquutus 23. &  
est ad turbas, & ad disci  
pulos suos in doctrina 24  
sua, dicēs: super cathedram Moysi  
sederunt scribē, et pharisei: omnia Mar.  
ergo quęcūq; dixerit vobis serua 12. &  
te, & facite: secundum opera vero Lu. 13.  
eorum nolite facere: dicunt enim,  
& non faciunt. Alligant autē one  
ra grauia, & importabilia, et impo  
nūt in humeros hominum: digito  
autem suo nolunt ea mouere. Om  
nia vero opera sua faciunt, vt vi  
deantur ab hominibus. Dilatant  
enim philateria sua: & magnificāt  
fimbrias: amant autem primos re  
cubitus in cœnis: & primas cathed  
ras in synagogis: & salutationes  
in foro

## EVANGELISTARVM. 163

ī foro:& vocari ab hominib<sup>o</sup> Rabbi. Vos autē, nolite vocari Rabbi: vnus est enim magister vester, omnes autē vos fratres estis. Et patré nolite vocare vobis super terram: vnus est enim pater vester, qui in cœlis est. Neque vocemini magistri quia magister vester vnus est Christus. Qui maior est vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur:& qui se humiliauerit, exaltabitur. Et attendite, & cauete a scribis, qui volūt ambulare in stolis, & amant salutaciones in foro, & in primis cathedris sedere, & primos discubitus in cœnis & conuiuijs: qui deuorant domos viduarum, simulantes, sub obtētu prolixę orationis: hi prolixiprolixip iudicium, & maiorem damnationem habebunt. Ve autem vobis

X ij scribę

Mat.  
23. &  
24  
Mar.  
12. &  
13.  
Lu. 20  
&c. ii  
A

B

## CONCORDIA

Horū quēdā  
narrantur a  
Luca tanquā  
a Christo di-  
cta in medio  
p̄dicationis  
cursu : quē  
(nisi a Luca  
per anticipa-  
tionem dicā-  
tur) potue-  
rūt et hic ab  
ipso domino  
conueniēter  
repeti.

scribē, & pharisei hy-  
pocritē, qui clauditis  
regnum cœlorum an-  
te homines: vos enim  
nō intratis, neq̄ intro-  
eentes sinitis intrare.  
Vę vobis scribē, & pha-  
risei hypocritē: qui co-  
medetis domos vidua-  
rum, orationes longas  
orantes: propter hoc  
amplius accipietis iu-  
dicū. Vę vobis scribē  
& pharisei hypocritē,  
q̄ circuitis mare, & a-  
ridā, vt faciatis vnum proselytum  
& cum fuerit fact⁹, faciatis eum fi-  
lium gehenne: duplo q̄ vos. Vę vo-  
bis duces cęci, qui dicitis: quicūq;  
iurauerit per templū, nihil est: qui  
autem iurauerit in auro templi,  
debitor

## EVANGELISTARVM 164

debitor est. Stulti, & cęci, quid enī maius est , aurum , an templum quod sanctificat aurū ? Et quicūq; iurauerit ī altari, nihil est: quicūq; autem iurauerit in dono, quod est sup illud, debet. Cęci, quid enī ma i<sup>o</sup> est , donum: an altare, quod sanctificat donum ? Qui ergo iurat in altari , iurat in eo : & in omnibus, quę super illud sunt. Et quicūq; iurauerit in templo, iurat in illo: & ī eo, qui habitat in ipso. Et qui iurat in cœlo, iurat in throno dei : & in eo, qui sedet super eum . Vę vobis scribę, & pharisei hypocritę: qui d cimatis mētam, & anethum, & cimimum: et reliquistis quę grauiora sunt legis: iudiciū, & misericordiā, & fidē. Hec oportuit facere: & illa non omittere. Duces cęci, excolātes culicę, camelū autē glutientes.

X iiiij      Vę vobis

## CONCORDIA

Ve vobis scribæ, & pharisæi hypo-  
critæ, qui mūdatis quod de foris est  
calicis, & paropsidis : intus autem  
pleni estis rapina, & immundicia.  
Pharisæe cecce, munda prius quod  
int⁹ est calicis, & paropsidis: ut fiat  
& id, quod de foris est, mundum.  
Ve vobis scribæ, & pharisæi hypo-  
critæ, quia similes estis sepulchris  
dealbatis : que a foris parent homi-  
nib⁹ speciosa, intus vero plena sūt  
ossibus mortuorum, & omni spur-  
citia. Sic & vos, a foris quidem pa-  
retis hominibus iusti, intus autem  
pleni estis hypocrisi, et iniuitate.  
Ve vobis scribæ, & pharisæi hypo-  
critæ, qui edificatis sepulchra pro-  
phetarum, & ornatis monumenta  
iustorum: & dicitis: si fuissimus in  
diebus patrū nostrorum, non esse-  
m⁹ socij corū in sanguine prophe-  
tarum.

tarū. Itaq; testimonio estis vobis  
metipsis, quia filij estis eorum qui  
prophetas occiderunt. Et vos im-  
plete mēsuram patrum vestrorū.  
Serpētes genimina viperarū, quo  
modo fugietis a iudicio gehennæ?  
Ideo dico vobis: ecce ego mitto ad  
vos prophetas, & sapiētes, & scri-  
bas. Et ex illis occidetis, & crucifi-  
getis: & ex eis flagellabitis in syna-  
gogis vestris: & persequemini de-  
ciuitate in ciuitatem: ut veniat su-  
per vos omnis sanguis iustus, qui  
effusus est super terram: a sanguine  
Abel iusti, usq; ad sanguinem  
Zacharię, filij Barachię, quę occi-  
distis inter templū & altare. Amē  
dico vobis, venient hęc omnia su-  
per generationem istam. Hierusa-  
lem, Hierusalem, quę occidis pro-  
phetas, & lapidas eos, qui ad tē  
missi sunt

## CONCORDIA

missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum Galilaea cōgregat pullos suos sub alas, & noluisti. Ecce relinquetur dom⁹ vestra deserta. Dico enim vobis nō me videbitis amodo, donec veniat cum dicatis: benedictus qui venit ī nomine dñi. Et egressus I E S V S de templo, ibat. Cumq; egredetur, accesserūt discipuli eius, vt ostenderent ei ædificationes templi. Et quibusdam dicentibus de tēplo quod bonis lapidibus, & donis, ornatum esset, ait illi vnum ex discipulis suis: magister aspice quales lapi des, & quales structuræ. Ipse autē respondēs, dixit illis: vides haec omnes magnas ædificationes? Videtis hæc omnia? Amē dico vobis, hæc quæ videtis, venient dies, in quibus non relinquetur hic lapis super lapidem

lapidem qui non destruatur. Sedēte autem eo super montem Oliuarum, cōtra templum, accesserunt ad eum discipuli, & interrogabāt eum separatim, Petrus, & Iacob<sup>o</sup>, & Ioannes, & Andreas, dicentes:

D præceptor dic nobis, quando hæc erunt: & quod signum erit, quādo hæc omnia incipient cōsummari: & quod signum aduētus tui, & cōsummationis sœculi? Et respondēs I E S V S, cœpit dicere illis: videte ne seducamini: multi enim veniēt in nomine meo dicentes: quia ego sum Christus: & multos seducent, & tempus appropinquabit: nolite ire post eos. Audituri enī cœli prælia, & seditiones, & opiniones præliorum, & cū audieritis, videte ne turbemini, & ne timueritis: oportet enim primum hæc fieri, sed nō dum

## CONCORDIA

dū statim est finis. Consurget enim  
gens in gentem: & regnum, aduer-  
sus regnum: & erunt pestilentiae,  
& fames, et terremotus magni per-  
loca: terroresq; de cœlo, & signa-  
magna erūt. Hæc autē onia initia  
sunt dolorū. Videte autē vosmet-  
ipfos, tunc enim ante hæc omnia,  
tradent vos in tribulationem, &  
injicient vobis manus suas, & per-  
sequentur, tradētes in synagogas,  
& custodias, & in concilijs, & sy-  
nagogis vapulabitis: & occident  
vos: & ante præsides, & reges sta-  
bitis propter me, & propter nomē  
meum. Continget autem vobis, in  
testimonium illis. Et cū duxerint  
vos tradentes, ponite in cordibus  
vestris, non præmeditari quemad  
modum respōdeatis: ego enim [da]  
bo vobis os, & sapientiam, cui non  
poterunt

## EVANGELISTARVM 167

poterunt resistere , & cōtradicere  
ōnes aduersarij v̄i. Et nolite præ-  
cogitare qd̄ loquamini : sed quod  
datū vobis fuerit in illa hora, id lo-  
qmini: nō enī vos estis loquentes,  
sed spirit⁹ sanct⁹. Tradet autē fra-  
ter fratrē ī mortē, & pater filiū: et  
cōsurgent filij in parentes, & mor-  
te afficient eos. Trademini autem  
a parentibus, & fratrib⁹, et cognati-  
s, & amicis, & morte afficient ex  
vobis: et eritis odio omnibus homi-  
nibus propter nomē meum: & ca-  
pillus de capite vestro non peribit  
in patientia vestra possidebitis ani-  
mas vestras. Et tunc scandalizabū  
tur multi, & inuicem tradent, & o-  
dio habebunt inuicem . Et multi  
pseudoprophetæ surgent, & sedu-  
cent multos. Et quoniam abunda-  
bit iniquitas, refrigerescet charitas  
multorum

## CONCORDIA

multorum: qui autem perseveraverit, & sustinuerit usq; in finem, hic salu<sup>o</sup> erit. Et prædicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe: oportet enim in omnes gentes primum prædicari euangelium, et tunc veniet cōsummatio. Cum autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem: tunc scitote, quia appropinquauit dissolatio ei<sup>o</sup>. Tūc qui in Iudea sunt. fugiant ad montes: et qui in medio eius, discedant: & qui in regionibus, non intrēt in eam: quia dies ultionis hi sunt, vt impleatur omnia quæ scripta sunt. Væ autem prægnatibus, & nutrietibus in illis diebus: erit enim præsura magna super terrā, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calcabitur a gentibus,

tibus, donec impleantur tempora  
nationum. Cum autem videritis a  
bominationem desolationis, quæ  
**G**dæcta est a Daniele propheta, stan-  
tem vbi non debet in loco sancto  
(qui legit, intelligat) tūc qui in Iu-  
dea sunt, fugiant in montes: & qui  
super tectum, ne descendat in do-  
mum, nec introeat, vt tollat quid  
de domo sua: et qui in agro erit, nō  
reuertatur retro tollere tunicam,  
aut vestimentum suum. Væ autem  
pregnantibus, & nutriébus in illis  
diebus. Orate autem, vt nō fiat fu-  
ga vestra in hyeme, vel sabbato:  
erūt enim tunc dies illi, tribulatio-  
nes tales, quales non fuerūt ab ini-  
tio creature, quam condidit deus,  
vscq; nunc: neq; fient. Et nisi breui-  
asset dñs dies illos, nō fuisset salua  
omnis caro: sed propter electos  
quos

## CONCORDIA

quos elegit, breuiabitur dies illi.  
Tūc si quis vobis dixerit, ecce hic  
est Christus, aut ecce illic, nolite  
credere: exurgēt enī pseudochri-  
sti, & pseudoprophætæ: & dabunt  
signa magna, & portenta ad sedu-  
cendos, ita ut in errorem inducan-  
tur, si fieri potest, etiā electos. Vos  
ergo videte, ecce predixi vobis om-  
nia. Si ergo dixerint vobis: ecce in  
deserto est: nolite exire. Ecce in pe-  
netralibus: nolite credere. Sicut  
enim fulgur exit ab oriente, & pa-  
ret usq; in occidentem: ita erit &  
aduentus filij hominis.

## CAPV T. XXXVIII.

Mat.



Tatim autem post tribu-  
lationem dierum illorū,  
Sol contenebrabitur, &  
Luna non dabit lumen,  
nec splen-

24

& 25

Mat.

13

Lu. 12

& 21

nec splendorem suum, et stelle cœ  
A li erūt decidentes. Erunt \* enim \*  
signa in Sole, & Luna, & stellis;  
& in terris pressura gentium, præ  
cōfusionē sonit⁹ maris, & fluctuū,  
arescentibus hominibus præ timo  
re, & expectatione quæ superue  
nient vniuerso orbi. Nā virtutes  
cœlorum commouebuntur: et tūc  
apparebit signū filij hominis in cœ  
lo: & tunc plangent omnes tribus  
terre. Et videbunt filium hominis  
venientem in nubibus cœli, cū vir  
tute multa, & gloria, & magesta  
te. His autem fieri incipientibus,  
respicite, & leuate capita vestra:  
quoniam appropinquat redēptio  
vestra. Et tūc mittet angelos suos  
cum tuba & voce magna: & con  
gregabunt electos eius a quatuor  
vētis; a sumo terre, vsque ad sumū  
B onus. Y cœli:

## CONCORDIA

cœli: & a summis cœlorū , usq; ad terminos eorum. Et dixit illis similitudinem: ab arbore fici discite parabolam: cum iā ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia . Et videte ficulneam, & omnes arbores cum producūt iam ex se fructum, cognoscitis, quia in proximo sit ætas: ita & vos, cū videritis hæc omnia fieri, scitote quoniā prope est in ianuis regnum dei. Amen dico vobis, quia non præteribit genera tio hæc, donec omnia ista fiāt. Cœ lum & terra transibunt, verba au tem mea non præteribunt. De die autē illo vel hora nemo scit : neq;

  
Christus vn,  
& verus ho minum ma gister nescit  
angeli cœlorum, neq;  
filius, nisi solus pater.  
Videte, vigilate, et ora te: nescitis enim quan do tempus sit . Sicut homo

## EVANGELISTARVM 170

homo, qui peregre p- diem illum-  
fecit, reliquit domum vt hominib-  
suam, & dedit seruis notū faciat,  
suis potestatē cuiusq; non enim il-  
operis, & ianitorī præ lis expedit  
cepit, ut vigilet. Vigil-  
late ergo, nescitis quā-  
do domin⁹ domus veniat, sero, an  
media nocte, an gallicantu, an ma-  
ne: ne cum venerit repente, inue-  
niat vos dormientes. Quod autem  
vobis dico, omnibus dico: vigilate.  
Attendite autē vobis, ne forte gra-  
uentur corda vestra in crapula, &  
**D**ebrietate, & curis huius vitæ: et su-  
perueniat ī vos repētina dies illa:  
tanquā laqueus enim superueniet  
in omnes qui sedent super faciem  
omnis terre. Vigilate itaque: om-  
ni tempore orātes: ut digni habeas-  
mini fugere ista onia, que futura  
sunt

## M CONCORDIA

sunt: & stare ante filium hominis.  
Sicut autem in diebus Noe, ita erit  
& aduentus filij hominis. Sicut enī  
erāt in dieb<sup>2</sup> ante diluvium come-  
dentes, & bibentes, nubentes, &  
nuptui tradentes, vsq<sup>3</sup> ad eum diē,  
quo intravit Noe in arcā, et nō  
cognouerūt, donec venit diluvium,  
& tulit omnes: ita erit & aduentus  
filij hominis. Tunc duo erunt in a-  
gro: vnuſ assūmetur, & vnuſ re-  
linquetur: duæ molentes in mola:  
vna assūmetur, & vna reliquetur:  
duo in lecto: vnuſ assūmetur, &  
vnuſ relinquetur. Vigilate ergo,  
quia nescitis qua hora dominus ve-  
ster venturus sit. Sint lumbi vestrī  
pr̄cincti, & lucernæ ardentes in  
manib<sup>2</sup> vestrīs: & vos similes ho-  
minibus expectantibus dominum  
suum quando reuertatur a nuptijs  
vt cum

vt cum venerit, & pulsauerit, con-  
festim aperiant ei. Beati serui illi,  
quos cum venerit dominus, inue-  
nerit vigilantes: amen dico vobis,  
quod præcinget se, & faciet illos  
discumbere: & transiens ministra-  
bit illis. Et si venerit in secunda vi-  
gilia, & si in tertia vigilia venerit,  
& ita iuenerit, beati sunt serui illi.  
Hoc autem scitote, quoniam si sci-  
ret pater familias, qua hora fur ve-  
turus esset, vigilaret utique: & non  
sineret perfodi domum suam. Ita  
et vos stote parati: quia qua hora  
non putatis, filius hominis ventur<sup>9</sup>  
est. Ait autem ei Petrus: Domine  
ad nos dicis hanc parabolam, an &  
ad omnes? Dixit autem dominus:  
quis putas est fidelis seruus, & pru-  
dens dispensator, quem constituit  
dominus super familiam suam, vt  
Y iij det illis

# M CONCORDIA

det illis in tempore tritici mensuram, & cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius, inuenerit ita facientē. Amen dico vobis quoniam super omnia bona sua quae possidet, constituet illum. Quod si dixerit seru? ille malus in corde suo: moram facit dominus meus venire, & coepit percutere cōseruos suos, & ancillas, māducet autem & bibat cū ebriosis: veniet dominus serui illi?, in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partēque eius ponet cum hypocritis, & infidelibus: illic erit fletus & stridor dentiū. Ille enim seruus, qui cognouit volūtatem domini sui, & nō se preparauit, & non fecit secūdū voluntatem eius, vapulabit multis qui autem non cognouit, & fecit digna

Lu. 13  
Mat  
25  
A

digna plagis, vapulabit paucis.  
**G** Omni autem cui multum datum  
 est, multum quæretur ab eo: & cui  
 cōmendauerunt multum, plus pe-  
 tent ab eo. Ignem veni mittere in  
 terram, & quid volo, nīsi ut accen-  
 datur? Baptisma autem habeo bap-  
 tizari, & quomodo coarctor, vscq;  
 dum perficiatur? Erat autē diebus  
 docens in templo, noctibus vero  
 exiens morabatur in mōte, qui vo-  
 catur oliueti: & omnis popul⁹ ma-  
 nicabat ad eū in téplo audire eū.

## CAPVT. XXXIX.

Lu. 18

Mat.

25

**A**

Icebat autem & para-  
 bolam ad illos, quoniā  
 oportet semper orare,  
 & non deficere, dicens:  
 Index quidā erat in quadā ciuita-  
 te, qui deū nō timebat: & hominē

Y iiiij non re-

## CONCORDIA

B  
non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens: vindica me de aduersario meo: & nolebat per multum tempus. Post haec autem dixit intra se: et si deum non timeo, nec hominem reuereor, tamen quia molesta est mihi haec vidua, vindicabo illam: ne in nouissimo veniens, fugillet me. Ait autem dominus audite, quid iudex iniqtatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorum, clamatiū ad se die ac nocte, & patientiam habebit in illis? Dico vobis, quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus: quæ accipiētes lampades tuas exierūt obuiā spōlo, & spōfæ: quinqꝫ

B quinq; autem ex eis erant fatuæ, et  
quinq; prudentes. Sed quinq; fa-  
tuæ, acceptis lampadibus, nō sump-  
serūt oleū secū: prudētes vero acce-  
perūt oleū in vasis suis cū lápadib?.  
Moram autem faciente spōso, dor-  
mitauerunt omnes: & dormierūt.  
Media autem nocte clamor factus  
est: ecce sponsus venit, exite obuiā  
ei. Tunc surrexerunt omnes virgi-  
nes illæ, & ornauerunt lampades  
suis. Fatuæ autem sapientibus di-  
xerunt: date nobis de oleo vestro:  
quia lampades nostre extingūtur.  
Responderunt prudentes, dicen-  
tes: ne forte non sufficiat nobis, &  
vobis: ite potius ad vendentes,  
& emitte vobis. Dum autem irent  
emere, venit sponsus: & quæ para-  
tæ erant, intrauerunt cū eo ad nup-  
tias: & clausa est ianua. Nouissime  
vero

## CONCORDIA

vero veniunt & reliquæ virgines,  
dicentes:domine,dñe,aperi nobis.  
At ille respondens ait:amen dico  
vobis:nescio vos.Vigilate itaq; q̄a  
nescitis dié,neq; horā. Sicut enim  
homo peregre proficiscens voca-  
uit seruos suos,& tradidit illis bo-  
na sua:& vni dedit quinq; talenta  
alij autem duo, alij vero vnū, vni  
cuiq; secundum propriam virtutē  
& profectus est statim. Abiit autē

qui quinq; talenta ac  
Alia videtur ceperat,& operat⁹ est  
parabola mi- i cis:& lucrat⁹ est alia  
narū,que na qnq;. Similiter & qui  
rratur a Luc. duo acceperat, lucra-  
capite. 19. ab t⁹ est alia duo. Qui au  
hac talētorū: & si ad eūdē tem vnum acceperat,  
finē tendant, abiens,fodit in terrā,

& abscondit pecuniā  
dñi sui.Post multum vero tēporis,  
venit

venit dominus seruorum illorum:  
& posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia quinque talenta dicens: domine, quinque talenta tradi disti mihi: ecce alia quinque super lucratus sum. Ait illi domin<sup>o</sup> eius: euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Accesit autem & qui duo taleuta acceperat: & ait: domine, duo talēta tradi disti mihi: ecce alia duo suplucrat<sup>o</sup> sū. Ait illi dominus eius: euge serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudiū dñi tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait: domine, scio, quia homo durus es: metis vbi non seminasti, & congregas vbi non sparsisti, & timens abij, &

## CONCORDIA

abij, & abscondi talētum tuūm in  
terra: ecce habes quod tuū est. Ref  
pondens autem dominus eius , di  
xit ei: serue male & piger , sciebas  
quia meto, vbi non semino, & con  
grego, vbi non sparsis, oportuit er  
go te comittere pecuniam meā nu  
mularijs: et veniens ego , recepis  
sem vtiq; quod meum est cum vſu  
ra. Tollite itaq; abeo talentum, &  
date ei qui habet decem talenta:  
omni enim habēti dabitur & abū  
dabit: ei autem, qui non habet, &  
quod videtur habere, auferetur ab  
eo: & inutilem seruum ejcete in te  
nebras exteriōres : illuc erit fletus  
& stridor dētium. Cum autem ve  
nerit filius hominis in maiestate  
sua, & omnes angeli cum eo: tunc  
sedebit super sedē maiestatis suā:  
& congregabūtur ante eū omnes  
gentes

D

gentes, & separabit eos ab inuicē  
sicut pastor segregat oves ab hæ-  
dis: & statuet quidē oves a dextris  
suis, hędos autem a sinistris. Tunc  
dicet rex, his qui a d̄xtris eius erūt:  
venite benedicti patris mei, possi-  
dete paratum vobis regnum a con-  
stitutione mundi. Esuriui enim: &  
dedistis mihi manducare. Sitiui: &  
dedistis mihi bibere. Hospes eram  
& collegistis me. Nudus, & operui-  
stis me. Infirmitus: & visitauit me.  
In carcere eram: & venistis ad me.  
Tunc respondebunt ei iusti dicen-  
tes: domine, quādo te vidimus es-  
sientem, & pauimus: sicut em, &  
dedimus tibi potum? Quando au-  
tem te vidimus hospitem, & colle-  
gimus te? Aut nudū, & cooperui-  
mus te? Aut quando te vidimus in-  
firmum, aut in carcere: & venimus

ad te?

## CONCORDIA

ad te? Et respōdens rex, dicet illis:  
amē dico vobis: q̄diu fecistis vni  
d̄ his fratrib⁹ meis minimis, mihi fe-  
cistis. Tūc dicet & his q̄ a sinistris  
erūt discedite a me maledicti in ig-  
nē æternū: qui paratus est diabolo  
& angelis eius. Esuriui enim: & nō  
dedistis mihi manducare. Sitiui: &  
nō dedistis mihi potū. Hospes erā:  
& nō collegistis me. Nudus: & nō  
operuistis me. Infirmus, & in car-  
cere: & nō visitaſtis me. Tunc reſ-  
pondebunt ei & ipſi, dicentes: do-  
mine, quādo te vidimus eſurientē,  
aut ſitiétem, aut hoſpitem, aut nu-  
dum, aut infirmum, aut in carcere  
& non miniftrauimus tibi? Tunc  
reſpondebit illis, dicens: Amen di-  
co vobis, quandiu non fecistis vni  
d̄ minoribus his, nec mihi fecistis.  
Et ibunt hi in ſupliciū æternū: iu-  
sti autem in vitam æternam.

Mat.  
16.  
Mar.  
14.  
Lu.22  
Joh.  
A

EVANGELISTARVM. 176  
CAPVT. XL.

Mat.

16.

Mar.

14.

Lu. 22

Io. 13



T factum est cum consū  
masset I E S V S sermo  
nes hos omnes, appropī  
quabat dies festus azimo  
rum. Qui dicitur pascha, erat enim  
A pascha & azima post biduum: & que  
rebant, principes sacerdotū, & scri  
bæ, quomodo eum dolo tenerent,  
& interficerent. Timebāt vero ple  
bem. Et ante diem festum paschæ:  
dixit I E S V S discipulis suis: scitis  
quia post biduum pascha fiet, & fi  
lius hominis tradetur ut crucifiga  
tur. Tunc congregati sunt princi  
pes sacerdotum, & seniores populi  
in atrium principis sacerdotū, qui  
dicebatur Caiphas: & cōsilium fe  
cerunt, ut I E S V M dolo teneret  
& occiderent. Dicebant autem, nō

in die

## CONCORDIA

Ter, saluome  
liori iudicio,  
videtur do-  
min⁹ Ies⁹ vnc-  
tus fuisse pre-  
cioso vnguē-  
to . Primū a  
peccatrice:  
Lu.7. deind  
ante sex dies  
paschę Betha-  
nię. Io.12. Et  
hic iterū Be-  
thanię, cum  
esset pascha,  
et azima post  
biduū: ac id  
videtur insi-  
nuare verbū  
illud, molesti  
non enim vi-  
deretur disci-  
puli molesti,  
in die festo. Ne forte tu  
multus fieret ī populo.  
Cum autem I E S V S  
esset Bethanię, ī domo  
Simonis leprofi, & re-  
cumberet, accessit ad  
eum mulier habensala  
bastrū vnguēti , nardi  
pisticę, pretiosi : & fra-  
cto alabastro effudit su-  
per caput ipsius recum-  
bentis. Videntes autem  
discipuli, erāt quidam  
indigne ferētes intra se  
metipſos, & dicentes:  
vtquid perditio ista vnu-  
guenti facta est ? Pote-  
rat enim vnguentum if-  
tud venundari multo,  
plusquam trecentis de-  
narijs, et dari pauperib⁹  
Et fre

## EVANGELISTARVM 177

Et fremebant in eam. si semel tan-  
Sciens autem IESVS tum obmut-  
at illis: quid molesti es- murasent.  
tis huic mulieri? Sinite Nec q̄ tres  
eam: bonum opus ope- fuerit vngatio-  
rata est in me. Semper nes, sequitur  
enim pauperes habetis ideo, tres fui  
vobiscū, & cū volueri- sse Magdale-  
nas: potuit nā-  
tis, potestis illis benefa q; ab una ter-  
cere: me autē nō séper & pluries vñ-  
habetis. Quod habuit gi. Etenī, nō  
hæc, fecit. Mittens enī sunt omnia  
hæc, vnguentū hoc in scripta in li-  
corpus meū, præuenit it bro hoc, vt a-  
pulturā. Amē dico vñ gladiari nō li-  
bis vbi cū p̄d dicatum bet, séper cō-  
fuerit hoc euágeliū in muunt ecclē-  
vniuerso mūdo: narra siæ opinioni  
bit, et quod hæc fecit i cedentes. Cū  
memoriā ci° Tūc autē tēporis esse  
sq̄ lib. Z intra

## CONCORDIA

vngere inui intravit satanas in Iu-  
tatos, qd ob- dā qui cognominabat  
stat, quod ate Iscariotes, vnū de duo  
sex dies pa- decim: & abiit: & locu  
che semel, et ante biduum tus est cum principib.  
iterum vnge facerdotum, & magis-  
retur? Nam trahit, quemadmodū  
sic facilius cō illū traderet eis, diceſ  
ciliatur euān quid mihi vultis da-  
geliſte.

dam? Qui audiētes ga-  
uisi sūt, & paſti sūt pecuniā illi da-  
re; & cōſtituerūt ei trigīta argen-  
teos: et spopōdit. Et exinde quere-  
bat quomodo illū opportune tra-  
deret sine turbis. Cū autē venit pri-  
ma dies azimorum, in qua necesse  
erat occidi pascha, et īmolari, acce-  
ſserunt discipuli ad IE SVM dicē  
tes: quo vis eamus: & paremus tibi  
vt māduces pascha? Et misit duos  
ex discipu

## EVANGELISTARVM 173

ex discipulis suis, Petrum, & Ioan-  
nem, dicēs: eūtes parate nōbis pas-  
cha, ut manducemus. At illi dixer-  
tunt: vbi vis paremus? At I E S V S  
dixit ad eos: ite in ciuitatē : & ecce  
introeuntibus vobis in ciuitatem,  
occurret vobis homo quidam am-  
phoram aquæ portans: sequimini  
eum in domum, in quam intrat, &  
dicetis patrifamilias domus: dicit  
tibi magister: temp⁹ meum prope  
est, apud te facio pascha cum disci-  
pulis meis: vbi est refectio mea: di-  
uersorium, vbi pascha cum discipu-  
lis meis manducem? Et ipse osten-  
det vobis cœnaculum grande stra-  
tūm: & illic parate nobis. Et fece-  
runt discipuli, sicut constituit illis:  
I E S V S: & venerunt in ciuitatē,  
& inuenierunt sicut dixerat illis: &  
parauerunt pascha. Vespere autē  
*uqi⁹ ab⁹* Z ij facto,

## CONCORDIA

facto, venit, & discubebat cū duodecim apostolis suis. Et manducantibus illis dixit IESVS: desiderio desiderauit hoc pascha manducare vobis, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit: accipite, & diuidite inter vos. Dico enī vobis, quod nō bibāt generatione vitis, donec regnum dei veniat. Et sciens IESVS quia venit hora eius, ut trāseat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos q̄ erāt in mundo, in fine dilexit eos. Et cœna facta, cū diabolus rāmisisset in cor, ut traderet eū Iudas Simonis iscariotes. Sciens, q̄a onia dedit ei pater in manu, et q̄a a deo exiuit, & ad deum vadit: surgit a cœna, & ponit vestimenta sua: & cū accipisset lin

**EVANGELISTARVM** 179

pisset līteū, pr̄cinxit se. Deinde mi-  
sit aquā ī pelui: & cōp̄it lauare pe-  
des discipulorū, & extergere līeo  
quo erat pr̄æcinct⁹. Venit ergo ad  
Simonē Petrum. Et ait ei Petrus:  
domine, tu mihi lauas pedes? Res-  
pondit I E S V S , & dixit ei: quod  
ego facio, tu nescis modo: scies au-  
tem postea. Dicit ei Petrus: non la-  
uabis mihi pedes in æternum. Re-  
pondit ei I E S V S , si nō lauero te,  
nō habebis partē mecū. Dicit ei Si  
mō Petr⁹: dñe, nō tātū pedes meos,  
sed & manus, & caput. Dicit ei I E  
S V S : q̄ lot⁹ est, nō idiget, nisi vt pe-  
des lauet, sed est mūdus tot⁹: & vos  
mūdi estis: sed nō ônes. Sciebat enī  
quisnam esset, qui traderet eum.  
Propterea dixit nō estis mūdi om-  
nes. Postquam ergo lauit pedes eo  
rum, accepit vestimenta sua: & cū

Z iij recabui

## 681 M CONCORDIA

recubuisset iterum dixit eis: vos ve-  
catis me magister, & domine, & be-  
ne dicitis: sum enim. Si ergo ego  
clavi pedes vestros dominus, & ma-  
gister: & vos debetis alter alterius  
lauare pedes. Exemplum enim de-  
di vobis; ut quemadmodum ego fe-  
ci vobis, ita & vos faciatis. Amen  
amen dico vobis, non est seruus ma-  
ior domino suo: neque apostolus ma-  
ior est eo, qui misit illum. Si hec sci-  
tis, beati eritis, si feceritis ea. Non  
dico omnibus vobis dico: ego scio quos  
elegerim. Sed ut adimpleatur scrip-  
tura: qui manducat mecum panem,  
leuabit contra me calcaneum suum.  
Amodo dico vobis prius quam fi-  
sat, ut cui factum fuerit credatis quia  
ego sum. Amen amen dico vobis,  
qui accipit, si quem misero, me ac-  
cipit: qui autem me accipit, accipit  
eum

eum qui me misit. Cum hæc dixisset I E S V S , turbatus est spiritu,  
& protestatus est. Et manducantibus illis, dixit: amen amen dico vobis, quia unus vestrum me tradidit, qui manducat mecum: ecce enim manus tradetis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis vadit, sicut definitum, & scriptum est de eo. Veruntamen vae homini illi, per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei, si nat⁹ non fuisset homo ille. Et contristati valde cœperūt querere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset, et dicere ei singulatim: nūquid ego sum dominus? Qui ait illis: unus ex duodecim qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Respondens autem Iudas qui tradidit eū, dixit: nūquid ego sum rabi  
Z iij bi? Ait

631 M CONCORDIA TAVE

bi? Ait illi: tu dixisti. Aspiciebant  
ergo ad inuicem discipuli, hesitan-  
tes de quo diceret. Erat ergo recū  
bens vn<sup>o</sup> ex discipulis eius in sinu  
I E S V, quem diligebat I E S V S.  
Innuit ergo huic Simō Petrus, &  
dixit ei: quis est de quo dicit? Itaq;  
cum recubuisse fuit supra pectus I E-  
S V, dicit ei: domine, quis est? Res-  
pondit I E S V S: ille est: cui ego in-  
tinctum panem porrexero. Et cū  
intinxisset panē, dedit Iudē Simo-  
nis iscariotæ: Et post buccellam in-  
troiuit in eum satanas. Et dicit ei  
I E S V S: quod facis, fac citius. Hoc  
autem nemo sciuit discubentiū,  
ad quid dixerit ei. Quidā enim pu-  
tabāt, quia loculos habebat Iudas,  
quod dixisset ei I E S V S: eme ea,  
quæ opus sunt nobis ad diem festū  
aut egenis ut aliquid daret. Cum  
ergo

Mat.  
26.  
Mar.  
14.  
Lu.22.  
Io.13.  
& 14.

A

ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuo, erat autem nox.

## CAPVT. XLI.



Mat.  
26.  
Mar.

14. & benedixit, ac fregit  
Lu.22 deditq; discipulis suis  
Io. 13. & ait: accipite, & co-  
& 14. medite: hoc est corp<sup>o</sup>  
meū, quod pro vobis  
dat: hoc facite in meā  
A commemorationem.  
Et accipiens similiter  
& calicem postquam  
cœnauit, gratias egit,  
& dedit illis, dicens: bi-  
bite ex eo omnes. Hic  
est enī sanguis meus  
noui

Ænantiibus autē eis, ac-  
cepit I E-  
S V S panē

Quibus pla-  
cet Iudā in-  
terfuisse: ac  
participē sui-  
sse sacrę eu-  
charistię, e-  
rūt illis, hac  
narrata ordi-  
ne præposte-  
ro. Sed Ioan-  
nes, post inti-  
etam buccel-  
lam cōtinuo  
exiuisse nar-  
rat. Cum ta-  
men cōmu-  
nior theolo-  
gorum sente-  
tia, in dispu-

## CONCORDIA

rationib<sup>o</sup>, & congreſſionibus theologi-  
cis tenenda ſit: tuū eſto iudicium.

nouit eſtamēti: hic eſt calix, nouum testamē-  
tum in ſanguine meo, qui pro vobis, & pro  
multis effundetur ī re-  
miffionem peccato-  
rū. Amen dico vobis,  
non bibam amodo de hoc genimi-  
ne vitis, uſque in diem illum, cum  
illud bibam vobifcum nouum, in  
regno dei patris mei. Facta eſt au-  
tem contentio inter eos, quis corū  
videretur eſſe maior. Dixit autem  
eis: reges gētium, dominātur eorū:  
& qui potestate habēt ſuper eos  
benefici vocantur. Vos autem nō  
ſic: ſed qui maior eſt in vobis, fiat  
ſicut minor: & qui præcessor eſt, ſi-  
cuit miniftrator. Nam quis maior  
eſt, qui recumbit, an qui miniftrat?  
Nenne qui recumbit? Ego, autem  
in medio

in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permaneatis cum me in temptationibus meis & ego dispono vobis, sicut dispositum mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo: & sedecatis super thronos duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Cum ergo exisset Iudas, dixit IESVS discipulis suis: nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus est in eo. Si deus clarificatus est in eo, & deus clarificabit eum in semetipso: & continuo clarificabit eum. Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Quare retis me: & sicut dixi Iudeis, quo ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo. Miserere nouum de vobis, ut diligatis inuidet: sicut dilexi vos, ut & vos diligatis inuidet.

In hoc

## CONCORDIA

In hoc cognoscēt omnes, qā discipuli mei estis: si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simō Petr⁹: domine, quo vadis? Respon dit I E S V S, & ait Simoni: Simon quo ego vado, non potes me modo sequi: sequēris autē postea. Sed ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus, cōfirma fratres tuos. Tūc dixit discipulis suis: omnes vos scandalū patiemini in me in ista nocte: scriptū est enim, percutiam pastorem, & dispergētur oves gregis. Postquā autem resurrexero præcedam vos in galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi: non possum te sequi modo? Animām meā pro te ponā: et si omnes scandalizati fuerit in te,

ego nun-

ego nunquam scandalizabor. Te-  
cum enim paratus sum, & in car-  
cerem, & in mortem ire. Respon-  
dit ei I E S V S : animam tuam pro  
me pones? Amen amē dico tibi Pe-  
tre, quia tu hodie, in nocte hac, āte  
quā gallus cantet, ter me negabis:  
nō *genī* gallus prius  
bis vocem dabit, quin Cum toties  
ter abneges nosse me. soleat gallus  
At ille amplius loque suū cantum  
batur: & si oportuerit repeteret, in  
me simul cōmori tibi te higitur nō  
non te negabo. Simili cecinisse, eti  
ter autē et omnes dis- am si sui can-  
cipuli dixerunt. Et di- tus primā vo  
xit eis: quādo misi vos cē emiserit.  
sine sacculo, & pera, & calceamē-  
tis, nūquid aliquid d̄fuit vobis? At  
illi dixerunt: nihil. Dixit ergo eis:  
sed nūc qui habet sacculum tollat  
similiter

## CONCORDIA

similiter et perā: & qui nō habet,  
vendat tunicam suam, & emat gla-  
dium: dico enim vobis, quoniam  
adhuc, hoc quod scriptū est, opor-  
tet impleri in me: & cum inquis d-  
putat̄ est. Etenim ea quae sunt de-  
me, fine m̄ habent. At illi dixerunt  
dñe, ecce duo gladij hic. At ille di-  
xit eis: satis est. Et ait discipulis suis  
nō turbetur cor vestrum: creditis  
in deum, & in me credite: in domo  
patris mei mansiones multæ sunt.  
Si quominus dixissem vobis: quia  
vado parare vobis locum. Et si a-  
biero, & præparauero vobis locū,  
iterum venio, & accipiam vos ad  
me ipsum: ut ubi sum ego, & vos si-  
tis. Et quo ego vado, scitis: & viam  
scitis. Dicit ei Thomas: dñe, ne sci-  
mus, quo vadis: & quomodo possu-  
mus viam scire. Dicit ei I E S V S:  
ego sū

ego sum via, veritas, et vita. Nemo  
venit ad patrem nisi per me. Si cog-  
nouissetis me, et patrem meū utique  
cognouissetis: & amodo cognosce-  
tis eū: & vidistis eū. Dicit ei Philip-  
pus: domine, ostende nobis patrem:  
& sufficit nobis. Dicit ei IESV Se-  
tanto tempore vobiscum sum, &  
non cognouistis me Philippe, qui  
videt me, videt & patrem. Quomo-  
do tu dicas, ostende nobis patrem?  
Non credis, quia ego in patre, &  
pater in me est? Verba quæ ego lo-  
quor vobis, a meipso non loquor:  
pater autem in memanens, ipse fa-  
cit opera. Nō creditis, quia ego in  
patre, & pater in me est? Alioquin  
propter opera ipsa credite. Amen  
amen dico vobis, qui credit in me,  
opera quæ ego facio, & ipse faciet  
& maiora horum faciet: quia ego  
ad patrem

## CONCORDIA

ad patrē vado, & quodcūq; petie-  
ritis patrem in nomine meo, hoc  
faciam: ut glorificetur pater in fi-  
lio. Si quid petieritis me in nomi-  
ne meo, hoc faciam. Si diligitis me  
mandata mea seruate: et ego roga-  
bo patrem, & alium paracletū da  
bit vobis: ut maneat vobiscum in  
æternum, spiritum veritatis, quem  
mundus non potest accipere: quia  
non videt eum, nec scit eum. Vos  
autem cognoscitis eum: quia apud  
vos manebit, & in vobis erit. Non  
reliquā vos orphanos: veniam ad  
vos. Adhuc modicū, & mūdus me-  
iā non videt. Vos autē videtis me:  
quia ego viuo, & vos viuetis. In  
illo die vos cognoscetis, quia ego  
sum in patre meo, & vos in me, et  
ego in vobis. Qui habet mandata  
mea, et seruat ea, ille est qui diligit  
me: qui

E V A N G E L I S T A R V M 185

me: qui autem diligit me, diligitur  
a patre meo: & ego diligā eum: &  
manifestabo ei me ipsum. Dicit ei  
Iudas (nō ille Iscariotes) domine,  
quid factū est, quia manifestatur  
es nobis te ipsum, & non mundo?

E Respondit I E S V S, & dixit ei: si  
quis diligit me, sermonem meum  
seruabit: & pater meus diligeret eū:  
& ad eum veniemus, & mansio-  
nem apud eum faciemus. Qui non  
diligit me, sermones meos non fer-  
uat. Et sermonem quē audistis, nō  
est meus: sed eius qui misit me pa-  
tris. Hęc locut⁹ sū vobis apud vos  
manens. Paracletus autem spirit⁹  
sanctus, quem mitter pater in no-  
mine meo, ille vos docebit omnia  
& suggeret vobis omnia, quæ cūq;  
dixerō vobis. Pacē reliquo vobis:  
pacem meā dō vobis. Non quo-

AA modo

## CONCORDIA V

modo mundus dat, ego do vobis.  
Non turbetur cor vestrum, neque for-  
midet. Audistis quia ego dixi vobis  
vado, & venio ad vos: si diligeretis  
me, gauderetis utique, quia vado ad  
patrem, quia pater maior me est.  
Et nunc dixi vobis priusquam fiat  
ut cum factum fuerit, credatis. Iá  
non multa loquar vobiscum, ve-  
nit enim princeps mundi huius, &  
in me non habet quicquam. Sed ut  
cognoscat mūdus, quia diligo pa-  
trem: & sicut mandatum dedit mihi  
pater, sic facio. Surgite: eamº híc.

## CAPVT. XLII.

 Thymno dicto, exierunt Mat.  
& ibat secundum cōfiae 26.  
tudinem in montem o- Mar.  
liuarum. Secuti sunt au- 14.  
tem eū & discipuli. Et ait illis: ego Lu.22  
sum vitis & 16. Io.15

## EVANGELISTARVM 186

**A**sum vitis vera, & pater meus agri  
cola est. Omne palmitem, in me  
non ferentem fructum, tollet eum  
& omnem, qui fert fructum, purga-  
bit eum: ut fructum plus afferat. Iá-  
vos mundi estis, propter sermonem  
quem locutus sum vobis: manete in  
me: et ego in vobis. Sicut palmes  
non potest ferre fructum a semet  
ipso, nisi manserit in vite, sic nec  
vos, nisi in me maneritis. Ego sum  
vitis, vos palmites: qui manet in me  
& ego in eo, hic fert fructum mul-  
tum: quia sine me nihil potestis fa-  
cere. Si quis in me non manerit, mit-  
tetur foras, sicut palmes, et arescet  
& colligent eum, & in ignem mit-  
tent: et ardet. Si maneritis in me, &  
verba mea in vobis manerint, quod  
eisque volueritis, petetis, & fieri vo-  
bis. In hoc clarificatus est pater meo  
AAij yt fructum

Mat.  
6.  
Mar.  
14  
Lu.23  
Io.15  
&c.16

## CONCORDIA

ut fructum plurimum afferatis, &  
efficiamini mei discipuli. Sicut dile-  
xit me pater, & ego dilexi vos. Ma-  
nete in dilectione mea. Si præcep-  
ta mea seruaueritis, manebitis in  
dilectione mea: sicut & ego patris  
mei præcepta seruauui, et maneo in  
eius dilectione. Hæc locutus sum  
vobis: ut gaudium meum in vobis  
sit, & gaudium vestrū impleatur.  
Hoc est præceptum meum, ut dili-  
gatis inuicem: sicut dilexi vos. Ma-  
iorem hac dilectionem nemo ha-  
bet, quam ut animam suam ponat  
quis pro amicis suis. Vos amici mei  
estis, si feceritis, quæ ego præcipio  
vobis. Iam non dicam vos seruos:  
quia seruus nescit, quid faciat domi-  
nus eius: vos autem dixi amicos, quia  
omnia quæcumque audiuui a patre  
meo, nota feci vobis. Non vos in-  
clegistis

## EVANGELISTARVM 187

elegistis, sed ego elegi vos: et posui  
vos, ut catis, & fructum afferatis,  
et fructus vester maneat: ut quod  
cūq; petieritis patrem in nomine  
meo, dñe vobis. Hæc mando vobis  
ut diligatis inuicem. Si mūdus vos  
odit: scitote, quia me priorem vo-  
bis odio habuit. Si de mundo fui-  
setis, mundus quod suum erat di-  
ligeret: quia vero de mūndo nō estis,  
sed ego elegi vos de mundo: prop-  
terea odit vos mūdus. Memetote  
sermonis mei, quem ego dixi vo-  
bis: non est seruus maior domino  
suo. Si me persecuti sūt, et vos per-  
sequentur: si sermonem meum ser-  
uauerunt, & vestrum seruabunt.  
Sed hæc omnia faciēt vobis, prop-  
ter nomē meum, quia nesciunt cū  
qui me misit. Si non venissem, et lo-  
cutus fuissim eis: peccatum non

AA iij habe-

# CONCORDIA AVI

haberent: nunc autē excusationē  
non habet de peccato suo. Qui me  
odit, & patrē meum odit. Si opes  
non fecissem in eis, quę nemo aliis  
fecit, peccatum non haberet. Nūc  
autem & viderunt, & oderunt me  
& patrem meū. Sed vt adimplea-  
tur sermo, qui in lege eorum scrip-  
tus est: quia odio habuerūt me grā-  
tis. Cum autem venerit paraclet,  
quem ego mittā vobis a patre, spi-  
ritum veritatis, qui a patre proce-  
dit: ille testimonium perhibebit ā  
me, & vos testimonium perhibebi-  
tis: quia ab initio mecum estis. Hęc  
locutus sum vobis, vt non scādali-  
zēmini: abicq; synagogis faciēt vos  
Sed venit hora, vt omnis qui inter-  
ficiet vos, arbitretur obsequium se-  
præltare deo. Et hęc faciēt vobis,  
quia nō nouerunt patrē: necq; me.  
et nō sed hęc

EVANGELISTARVM. 188

Sed hæc locutus sum vobis, vt cū  
venerit hora, eorum reminiscami  
ni, quia ego dixi vobis. Hæc autem  
vobis ab initio nō dixi: quia vobis-  
cum eram. Et nunc vado ad eum  
qui misit me, & nemo ex vobis in-  
terrogat me, quo vadis? Sed quia  
hæc locut⁹ sum vobis, tristitia im-  
pleuit cor vestrum. Sed ego verita  
tē dico vobis: expedit vobis ut ego  
vadam. Si enim non abiero, para-  
cletus nō veniet ad vos: si autem  
abiero, mittā cum ad vos. Et cum  
**E**venerit ille, arguet mundū de pec-  
cato, & de iusticia, & de iudicio. De  
peccato quidem, quia non credide-  
rūt in me, de iusticia vero, quia ad  
patrem vado, et iam non videbitis  
me, de iudicio autē, quia princeps  
huius mundi iam iudicatus est. Ad  
huc multa habeo vobis dicere: sed  
non possum. AA iiiij non po

## CONCORDIA AVI

non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem nō enim loquetur a se metipso, sed quęcūq; audiet loquetur: et quęcūq; tura sunt, ānūciabit vobis. Ille me clarificabit, q̄a de meo accipiet: & ānūtiabit vobis. Omnia quęcūq; habet pater, mea sunt. Propterea dixi: quia de meo accipiet, & ānun tiabit vobis. Modicum, & iam non videbitis me: & iterum modicum, F  
& videbitis me: quia vado ad patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius ad inuicem: quid est hoc, quod dicit nobis: modicum, & non videbitis me: et iterum modicum, et vi-  
debitis me: & quia vado ad patrem. Dicebat ergo: quid est hoc, quod dicit modicū. Nescim⁹, quid loqui tur. Cognouit autem I E S V S,  
G  
quia

quia volebat eum interrogare, &  
dixit eis: de hoc queritis inter vos  
quia dixi, modicum, & non videbi-  
tis me: & iterum modicum, et vide-  
bitis me. Amen amen dico vobis,  
quia plorabitis & flebitis vos: mu-  
dus autem gaudebit. Vos autem con-  
tristabimini: sed tristitia vera ver-  
tetur in gaudium. Mulier cum pa-  
nit tristiam habet, quia venit ho-  
ra eius: cum autem pepererit puerū,  
iam nō meminit præssure propter  
gaudium, quia natus est homo in  
mundum. Et vos igitur nunc qui-  
dem tristitiam habetis: iterum au-  
tem video vos, & gaudebit cor  
viro: & gaudium vestrum nemo tol-  
let a vobis: & in illo die me nō in-  
terrogabis quicquam. Amē amē  
G dico vobis, si quid petieritis patrem  
in nomine meo, dabit vobis. Vsp  
modo

## CONCORDIA NAVI

modo nō petistis quicquam in nomine meo: petite, & accipietis: ut gaudium vestrum sit plenū. Hæc in prouerbijis, locutus sum vobis. Venit hora eū iam non in prouerbijis loquar vobis: sed palam de patre meo annuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis: ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & creditis, quia a deo exiui. Exiui a patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Dicunt ei discipuli eius: ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullū dicis. Nūc scimus, quia scis omnia: & non opus est tibi, ut quis te interroget. In hoc credim⁹, quia a deo existi. Respondit eis I E S V S modo creditis. Ecce venit hora, et

iam

Io.17  
&18  
Lu.22  
Mar.  
14.  
Mat.  
26.  
A

# EVANGELISTARVM 195

iam venit: ut dispergamini vnus-  
quisq; in propria: & me solum re-  
linquatis. Et non sum sol<sup>o</sup>, quia pa-  
ter meū est. Hæc locutus sum vo-  
bis, ut in me pacē habeatis. In mū-  
do p̄f̄sturam habebitis: sed confi-  
dite, ego vici mundum.

## CAPVT. XLIII.

Io.17.      **A**Ec locut<sup>o</sup> est I E S V S,  
&18.      & sublevatis oculis ī cœ-  
Lu.22.      lū, dixit: pater venit ho-  
Mar.      ra, clarifica filium tuū,  
14.      vt filius tuus clarificet te. Sicut de-  
Mat.      disti ei potestate omnis carnis, vt  
26.      omne quod dedisti ei, det eis vitā  
A      æternam. Hæc est autem vita æter-  
na, vt cognoscant te solum deum  
verum, & quem misisti I E S V M  
Christum. Ego te clarificauī super  
terrā, opus consummaui, quod  
dedisti

**CONCORDIA**

dedisti mihi, ut faciam. Et nūc cla-  
rifica me tu pater apud temetipsū  
claritate quam habui, priusquam  
mūdus fieret, apud te. Manifesta-  
ui nomen tuum hominibus, quos  
dedisti mihi de mūdo. Tui erāt, et  
mihi eos dedisti: & sermonē meū  
seruauerunt. Nunc cognouerunt,  
quia omnia quæ dediti mihi, abs te  
sunt: quia verba, quæ dedisti mihi,  
dedi eis: & ipsi acceperūt, & cog-  
nouerunt vere, quia a te exiui: &  
crediderūt, quia tu me misisti. Ego  
pro eis rōgo, non pro mūdo rogo:  
sed pro his, quos dedisti mihi, quia  
tui sunt, & tua mea sunt, & mea  
omnia tua sunt: & clarificat⁹ sum  
in eis. Et iam non sum in mundo,  
& hi in mūdo sunt: et ego ad te ve-  
nio. Pater sancte, serua eos in no-  
mine tuo quos dedisti mihi, ut sint

vnum

EVANGELISTARVM 191

vnum: sicut & nos. Cum essem cū  
eis, ego seruabā eos in nomine tuo  
Quos dedisti mihi, ego custodiui:  
& nemo ex eis perijt, nisi filius per  
ditionis: vt scriptura impleatur.  
Nunc autem ad te venio: & hæc lo  
quor in mundo, vt habeāt gaudiū  
meum impletū in semetipsis. Ego  
dedi eis sermonem tuum, & mun  
dus eos odio habuit: quia non sunt  
de mundo, sicut & ego nō sum de  
mundo. Non rogo, vt tollas eos de  
mundo: sed vt serues eos a malo.  
De mundo non sunt: sicut & ego  
non sum de mundo. Sanctifica eos  
in veritate. Sermo tu⁹ veritas est.  
Sicut tu me misisti in mundum, ita  
& ego misi eos in mūdum. Et pro  
eis ego sanctifico me ipsum: vt sint  
& ipsi sanctificati in veritate. Non  
pro eis autem rogo tantum, sed et  
pro eis

# CONCORDIA M A V I

pro eis qui credituri sūt per verbū  
eorū in me: vt omnes vnum sint.  
Sicut tu pater in me, et ego in te: vt  
& ipſi ī nobis vnum sint: vt credat  
mundus, quia tu me misisti. Et ego  
claritatem, quam tu dedisti mihi,  
dedi eis: vt sint vnum, sicut & nos  
vnū sumus: ego in eis, & tu in me,  
vt sint consummati in vnū: & cog-  
noscat mundus, quia tu me misisti  
et dilexisti eos, sicut & me dilexiſ-  
ti. Pater, quos dediti mihi, volo, vt  
vbi sum ego, & illi sint mecum: vt  
videant claritatem meam quā de-  
disti mihi: quia dilexisti me atē cōf-  
titutionem mundi. Pater iuste, mū-  
dus te non cognouit: ego autem te  
cognoui, & hi cognouerunt, quia  
tu me misisti. Et notum feci eis no-  
men tuum, & notum faciam, vt di-  
lectio, qua dilexisti me, ī ipſis sit, et

cg⁹

## EVANGELISTARVM 192

ego in ipsis. Hæc cum dixisset I.E.  
S.V.S, egressus est cum discipulis  
suis trans torrétem cedron; & ve-  
niunt in villam et in prædium, cui  
nomen Gethsemani, ubi erat ortus  
in quem introiuit ipse, & discipuli  
cius. Et cum peruenisset ad locum  
ait illis: sedete hic, donec vadá il-  
luc, et orá: et orate, ne intretis in té-  
tationem. Et ipse auulsus ab eis,  
quantum iactus est lapidis, assum-  
mit secum Petrū, & Iacobum, &  
Ioannem filios Zebedei: & cœpit  
contristari, & mæstus esse, & pauc-  
re, ac tædere. Et tunc ait illis: tristis  
est anima mea usq[ue] ad mortem: su-  
stinetе hic, & vigilate mecum. Et  
progressus pusillū positis genibus,  
procidit in faciem suam super ter-  
ram: et orabat, ut si fieri posset trā-  
sferret ab eo hora, dicēs: abba pater,

omnia

## CONCORDIA

omnia tibi possibilia sūt: pater mi  
si possibile est, et tu vis: transfer ca  
licem hunc a me . Veruntamē nō  
mea voluntas sed tua fiat. Et venit  
ad discipulos suos , & inuenit eos  
dormiētes, & ait Petro: Simō,dor  
mis? Sic, non potuisti vna hora vi  
gilare mecū? Vigilate, et orate , vt  
non intretis in temptationem. Spiri  
tus quidem promptus est, caro au  
tem infirma. Iterum secundo abiit  
& orauit eundem sermonē dicens  
pater mi , si nō potest hic calix trā  
fire, nisi bibam illum : fiat volūtas  
tua. Et reuersus denuo, inuenit eos  
dormiētes: erant enim oculi eorū  
grauati, & ignorabant, quid respō  
derēt ei. Et relictis illis, iterum abi  
it , & orauit eundem sermonem di  
cens. Apparuit autem illi angelus  
de cœlo, confortans eum, & factus  
in agonia

Io. 18.  
Lu. 22.  
Mar. 14.  
Mat. 26.

EVANGELISTARVM 193

in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttae sanguinis decurrerent in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset tertio ad discipulos suos, inuenit eos dormientes praetemptitia, & ait illis: dorisite iam, & requiescite, ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Quid dormitis? Surgite, orate, ne intretis in temptationem. Sufficit, venit hora: surgite, eam: ecce qui me tradet, prope est.

CAPVT. XLIII.

T adhuc eo loquente, ecce Judas Iscariotes unus de duodecim venit: & cum eo turba multa, cum gladiis, & fustibus, missi a principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus populi.



Io. 18.

Lu. 22

Mar.

14.

Mat.

26.

114

BB

populi.

## ¶ CONCORDIA AVI

populi. Et Iudas antecedebat eos.  
Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum, locum: quia frequenter  
IESVS cōuenerat illuc cum discipulis suis: & cum accepisset cohortem, & a pontificibus & phariseis ministros, venit illuc cū laternis & fascibus, & armis. IESVS itaq; sciens omnia, quæ ventura erat super se, processit, & dixit eis: quem quæritis? Responderunt ei: IESVM Nazarenum. Dicit eis IESVS: ego sum. Stabat autem & Iudas, qui tradebat eum, cum ipsis. Ut ergo dixit eis, ego sum, abierunt retrorsum: et ceciderūt in terram. Iterū ergo interrogavit eos: quem quæritis? Illi autem dixerūt: IESVM Nazarenum. Respōdit IESVS: dixi vobis, quia ego sum: si ergo me quæratis, finite hos abire. Vt im

## EVANGELISTARVM 194

Vt impleretur sermo quem dixit  
quia quos dedisti mihi, non perdi-  
di ex eis quemq;. Iudas autem qui  
tradidit eū, appropinquauit IESV  
vt oscularetur eum: dederat enim  
traditor illis signum, dicens: quem  
cumq; osculatus fuero, ipse est, te-  
nete eum: & ducite caute. Et statim  
accedēs ad IESVM dixit: aue rab-  
bi, & osculatus est eū. Dixitq; illi  
IESV: amice, ad quid venisti? Iu-  
da, osculo filium hominis tradis?  
Tūc accesserūt, et man⁹ iniecerūt  
in IESVM: et tenuerūt eū. Vidētes  
autē hi qui circa ipsum erāt, quod  
futurū erat, dixerunt ei: domine, si  
percutimus in gladio? Simon ergo  
Petrus, vñus ex illis qui erāt cum  
IESV, habēs gladium eduxit eū:  
& extendēs manum percussit fer-  
uū summi sacerdotis, et amputauit  
BB ij auriculā

## CONCORDIA

auriculam eius dexteram. Erat autem nōmē seruo Malchus. Respōdēns autem I E S V S , ait : Sinite usq; huc . Et cū tetigisset auriculā eius, sanauit eū. Et tunc ait Petro: cōuerte gladium tuum in vaginā, locū suum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Calicem, quem dedit mihi pater, non vis, vt bibam illum? An putas quia non possum rogare patrem meū, & exhibebit mihi modo plūf quam duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebūtur scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit I E S V S turbis, & ad eos, qui venerāt ad se principes sacerdotū, & magistratus templi, & seniores : tāquam ad latronem existis, cum gladijs, & fūstib⁹ comphēdere me? Cū quotidie vobis-  
cum fue

cum fuerim ~~¶~~ ac ~~¶~~ sed erim in tem-  
plo: non extendisti manus in me  
nec tenuisti. Sed haec est hora vel  
tra, & potestas tenebrarum. Hoc  
autem totum factum est, ut adim-  
pleretur scripturæ prophetarum.  
Tunc discipuli eius relinquentes  
eum, omnes fugerunt. Adolescēs  
autem quidam sequebatur eum a-  
mictus sindone super nudo: & te-  
nuerūt eum. At ille reiecta sindo-  
ne, nudus profugit ab eis. Cohors  
autem, & tribunus, & ministri Iu-  
dorum comprehendenterunt I E-  
S V M, & ligauerunt eum. & adu-  
xerūt eum ad Annā primū. Erat  
enim sacer Caiphæ, qui erat pon-  
tifex anni illius. Erat autem Cai-  
phas qui consilium dederat iudicis  
quia expedit vnum hominem mo-  
ri pro populo. Sequebatur autem  
BB iij Icfui

## CONCORDIA

I E S V M , Simon Petrus, & aliis  
discipulus:discipul⁹ autē ille⁹, erat  
notus pontifici, & introiuit cū I E-  
S V in atrium pōtificis. Petrus au-  
tem stabat ad ostium foris . Exiuit  
ergo discipulus alius, qui erat not⁹  
pontifici, & dixit ostiariæ: et intro-  
duxit Petrum. Stabāt autem serui  
& ministri ad prunas, quia frigus  
erat, & calefaciebant se. Erat autē  
cum eis & Petrus stans, & calefa-  
ciens se in atrio deorsum. Accēso  
autem igne in medio atrij, & circū  
sedentibus illis, erat Petrus in me-  
dio eorum. Quem cū vidisset an-  
cilla ostiaria, vna ex ancillis sum-  
mi sacerdotis, sedentem ad lumen,  
et calefacentem se, cum eum fuis-  
set intuita, ait:nunquid & tu ex dis-  
cipulis es hominis istius? Et tu cum  
I E S V Galilæo Nazareno eras :  
certe

EVANGELISTARVM 196

certe & hic cum illo erat. At ille negauit corā omnibus dicens: mulier, non sum, nō noui illum, neque scio, neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: et gallus cantauit. Potifex ergo interrogauit I E S V M, de discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei I E S V S: ego palā locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga, et in terplo quo omnes Iudei conueniunt & in occulto locutus sum nihil. Quid me īterrogas? Interroga eos qui audierunt, quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciūt, quae dixerim ego. Hec autem cum dixisset, vñ<sup>o</sup> aliis istens ministrorum, dedit alapam I E S V, dicens: sic respondes pontifici? Respondit ei I E S V S: si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me concēdis?

# CONCORDIA

cedis? Et misit cum Annas ligatū ad Caipham pontificem. Et cōp̄e  
hendentes I E S V M, duxerunt ad  
Caipham principem sacerdotum:  
vbi lēribāe, & seniores, & omnes  
sacerdotes conuenerant. Petr⁹ au  
tem a lōge secutus est eum, vsc̄p in  
atrium summi sacerdotis. Et ingre  
sus intro, sedebat cum ministris,  
vt videret finem: et calefaciebat se  
ad ignē. Princeps autē sacerdotū  
& summi sacerdotes, & omne con  
ciliū, querebāt aduersus I E S V M  
falsum testimonium, vt eum mor  
ti traderent: & non inuenerunt.  
Multi autem testimonium falsum  
dicebant aduersus eum: & conue  
nientia testimonia non erant. No  
uisſime autem venerunt quidam  
duo falsi testes: & surgentes, falsū  
testimonium ferebāt aduersus eū,  
dicentes

## EVANGELISTARVM 197

dicentes: hic dixit , et nos audiui-  
mus eum dicentem : possum des-  
truere, & ego dissoluam templum  
dei hoc manu factum: & post tri-  
duū aliud non manu factum reæ-  
dificare : & ego ædificabo illud.  
Exurgens autem summus sacer-  
dos in medium , interrogauit I E-  
S V M , dicens : non respondes  
quicquam ad ea , quæ isti aduer-  
sum te testificantur ? Ille autem  
tacebat : & nihil respondit . Erat  
autem Simon Petrus stans , & cale-  
faciens se . Et post pusillum exeu-  
te illo ianuam , rursum vidit eum  
alia ancilla , & ait circumstantibꝫ:  
quia hic cū I E S V nazareno erat:  
& ex illis est . Similiter & alius vi-  
dens eum , dixit : & tu de illis es . Et  
etiam alij dixerunt ei : nunquid &  
tu ex discipulis eius es ? Et iterū ne-  
gauit

271 M CONCORDIA AVI

gauit Petrus cum iuramēto, et ait:  
o homo non sum, quia nō noui ho  
minem. Et post pusillum interua  
lo facto quasi horæ vnius, dicit ei  
ynus ex seruis pontificis, cognatus  
eius cuius abscondit Petrus auriculā  
nonne ego te vidi in orto cū illo?  
Et affirmabat dicēs: vere & hic cū  
illo erat: nam & Galilēus est. Simi  
liter & qui astabāt, dicebat Petro:  
vere ex illis es, & Galilaeus es: nam  
& loquela tua manifestum te facit  
Iterū ergo negauit Petrus, & ait:  
homo nescio quid dicis. Et cœpit  
detestari, & anathematizare, et iu  
rare: quia nō noui hominem istū,

que dicitis. Et adhuc  
En tres Petri eo loquete, continuo  
negationes: cantauit iterum gall.  
quasquidā pu Et conuersus domin⁹  
tant apud An respexit Petrum. Et  
recor

recordatus est Petrus  
verbi I E S V, quod di-  
xerat ei: quia pri⁹ quā  
gall⁹ cātet, ter me ne  
gabis, non enim gal-  
lus prius bis vocē da-  
bit, quin ter abneges  
nōsſe me. Et egressus  
foras Petrus, cœpit fle-  
re: & fleuit amare. Et  
ut factus est dies, con-  
uenerūt seniores ple-  
bis, & principes sacer-  
dotum, & duxerunt  
illum in cōciliū suū, dicentes: si  
tu es Christus, dic nobis. Et ait illis  
si vobis dixero non credetis mihi:  
si autem & interrogauero, nō re-  
pondebitis mihi: necq; dimitteretis.  
Et rursum summus sacerdos inter-  
rogabat eum, & dixit ei: adiuro te  
per deum

## CONCORDIA AVE

per deū viuum, vt dicas nobis, si tu  
es Christus filius dei benedicti, Di-  
cit illi I E S V S: tu dixisti. Ego sum.  
Verūtamē dico yobis, ex hoc erit,  
& amodo videbitis filiū hominis,  
sedentem a dextris virtutis dei: &  
venientem in nubibus cœli. Tunc  
princeps sacerdotum scidit vesti-  
menta sua, dicens: blasphemauit;  
quid adhuc egemus testibus? Ecce  
nunc audistis blasphemiam: quid  
yobis videtur? At illi respondētes,  
dixerūt ad I E S V M omnes: tu er-  
go es filius dei? Qui ait: vos dicitis:  
quia ego sum. At illi dixerūt: quid  
adhuc desideramus testimonium?  
Ipsi enim audiuim⁹ de ore eius. Et  
omnes condēnauerunt eum dicen-  
tes: reus est mortis. Tūc cœperunt  
quidam conspuere eum, & velare  
faciem eius, & colaphis eū cædere  
*mea lug* & dicere

Io. &.19  
Lu.2  
Mar. 15.  
Mat. 27.

EVANGELISTARVM 199

et dicere ei: prophetiza nobis Christe, quis es? qui te percussit? Et ministri alapis eum cædebant.

CAPVT. XLV.

Io. 18

&. 19,

Lu. 23

Mar.

15.

Mat. vñuerlo concilio: ut eū morti tra-

derent. Et vinciētes I E S V M , ad

ducunt eum a Caipha in prætoriū

& tradiderunt eum Potio Pilato

præfidi. Et ipsi non introierunt in

prætorium, ut non contaminaren-

tur, sed ut manducarent pascha.

Tunc videns Iudas, qui cum tradi-

dit, quod damnatus esset, pœnitenti-

tia ductus retulit triginta argenteos

principibus sacerdotum, & senio-

ribus, dicens: peccauit tradens san-

guinem.



**CONCORDIA**

guinem iustum. At illi dixerunt: quid ad nos? Tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt: non licet eos mittere in corbanam: quia precium sancti guinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli in sellam pulturam peregrinorum. Propter hoc, vocatus est ager ille, hac eadem, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est, per Ieremiā prophetam dicentem: & acceperunt triginta argenteos preium appretiati, quem apprecauerūt a filiis Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi dominus. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit: quam accusationē affertis aduer-

EVANGELISTARVM 200

aduersus hominem hunc? Respon-  
derunt, & dixerunt ei: si non esset  
hic malefactor, non tibi tradidisse-  
mus eum. Dixit ergo eis Pilatus:  
accipite eum vos: & secundum le-  
gem vestram iudicete eum. Dixe-  
runt ergo ei iudei: nobis non licet  
interficere quemquam. Ut sermo  
IESV impleretur, quem dixit: sig-  
nificans qua morte esset moritur?  
Introiuit ergo iterum in prætoriū  
Pilatus: & vocauit IESVM. I E-  
SV autem stetit ante præsidem  
& interrogauit eum præses, & di-  
xit ei: tu es rex Iudeorum? Respon-  
dit IESV: a te metipso hoc dicis  
an alij tibi dixerunt de me? Respō-  
dit Pilatus: nunquid ego Iudeus  
sum? Gens tua, & pontifices, tradi-  
derunt te mihi: quid fecisti? Respō-  
dit IESV: regnum meum non  
est de

## CONCORDIA

est de hoc mundo. Si ex hoc mun-  
do esset regnum meū , ministri mei  
vtiqz decertarēt, vt non trāderer  
iudēs : nunc autem regnum meū  
non est hinc. Dixit itaqz ei Pilat⁹:  
ergo rex es tu? Respōdit I E S V S:  
tu dicis:quia rex sum ego . Ego in  
hoc natus sum , & ad hoc veni in  
mundum, vt testimoniu perhibeā  
veritati. Omnis qui est ex veritate  
audit vocem meam. Dicit ei Pila-  
tus:quid est veritas? Et cum hoc di-  
xisset,iterum exiuit ad iudēos : et  
dicit eis:ego nullam inuenio in eo  
causam . Cœperunt autem illum  
accusare summi sacerdotes ī mul-  
tis, dicentes: hunc inuenimus sub-  
uertentem gentem nostram , &  
prohibentem tributa dare Cæsari  
cūdicentem se Christum regē esse.  
Et inualeſebāt. Dicētes: cōmouit  
populum

# EVANGELISTARVM 201

populum , docens per vniuersam  
Iudeam, incipiens a Galilæa usq;  
huc. Pilatus autem audiens Galilæa,  
interrogauit si homo Galilæus  
esset. Et ut cognouit, quod d' Herod  
dis potestate esset, remisit eum ad  
Herodē: qui & ipse Hierosolymis  
erat illis dieb<sup>o</sup>. Herodes autē viso  
IE S V, gauissimus est valde: erat enī  
cupiens ex multo tempore videre  
eū, eo quod audierat multa dē eo:  
& sperabat, signū aliquod videre  
ab eo fieri. Interrogabat autem eū  
multis sermonib<sup>o</sup>: at ipse nihil illi  
respondebat. Stabant autem prin-  
cipes sacerdotū , & scribæ constā-  
ter accusates eum. Spreuit autem  
illum Herodes cum exercitu suo:  
& illusit, induitū ueste alba, & re-  
misit ad Pilatū . Et facti sūt amici  
Herodes, & Pilatus in ipsa die: nā

CC antea

# CONCORDIA

antea inimici erant ad iniucem. Pilatus autem convocatis principib<sup>s</sup> sacerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad illos: obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum. & ecce, ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neq<sup>z</sup> Herodes: nam remisi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittā. Cum autē accusaretur I E S V S, a principibus sacerdotū, & senioribus: nihil respondit. Tunc Pilatus rursum interrogavit eū dicēs: nō audis, quāta aduersum te dicūt testimonia? Non respondes quicquam? Vide, in quātis te accusant. I E S V S autem amplius nihil respondit ei ad ullum verbum: ita vt

mira

EVANGELISTARVM 203

mirarietur præses vchementer. Per  
diem autem solennē consueuerat  
præses, populo dimittere vnum ex  
vinctis: quemcūq; petissent. Habe-  
bat autem tunc vinctum insignē,  
qui dicebatur Barrabas: qui erat la-  
tro: & propter seditionem quan-  
dam factam in ciuitate, in qua fece-  
rat homicidium, erat cum sedicio-  
nis vinctus: & missus in carcerem.  
Et cum ascédisset turba, cœpit ro-  
garē: sicut semper faciebat illis. Pi-  
latus autem respondit eis, & dixit:  
est consuetudo vobis, ut vnum di-  
mittam vobis in pascha: quem vul-  
tis dimittam vobis, Barrabbam, an  
IE S V M qui dicitur Christ? Vul-  
tis ergo dimittam vobis regem Iu-  
deorū? Sciebat enim, quod per in-  
vidiam tradidissent eum summi fa-  
cēdotes: & necesse habebat dimit-  
tere eis

## CONCORDIA MATE

tere eis per diem festum vnum. Se-  
dente autem illo pro tribunali, mi-  
sit ad eum vxor eius, dicens : nihil  
tibi, & iusto illi: multa enim passa-  
sum hodie per visum propter eum.  
Principes autem sacerdotum, et se-  
mores concitauerunt turbam, &  
persuaserunt populis, ut magis pe-  
terent Barrabbam dimitti eis: I E-  
S V M vero perderent. Respodes  
autem preses ait illis: quem vultis  
vobis de duobus dimitti? At illi di-  
xerunt: Barrabbam. Pilatus autem  
iterum respondens locutus est ad  
eos, volens dimittere I E S V M:  
quid ergo vultis facia regi Iudeo-  
rum I E S V , qui dicitur Christus?  
At illi iterum suclamabant, dicen-  
tes: crucifigatur: crucifige, crucefi-  
ge eum. Pilatus autem tertio dixit:  
ad illos: quid enim mali fecit iste?

Nullam

Nullam causam mortis inuenio. i.  
co. Corripiam ergo illum: & dimit  
tam. At illi magis clamabant: cru-  
cifige eū. Et instabant vocibus ma-  
gnis, ut crucifigeretur: & inuales-  
cebant voces eorū. Tunc ergo ap-  
prehendit Pilatus I E S V M: et fla-  
gellauit. Et tunc milites suscipien-  
tes I E S V M, duxerunt eum in a-  
trium prætorij, & conuocat ad eū  
vniuersam cohortem: & exuentes  
eum: uestem purpuream, chlam-  
idem coccineam circundederūt ei.  
Et plectentes coronā de spinis im-  
posuerunt capiti eius, & arundinē  
in dextera eius, & genu flexo ante  
eū, cœperūt salutare eū, illudentes  
ei: & adorabāt eū dicētes: aue rex  
Iudeorū. Et expuētes in eum, acce-  
perunt arundinē, & percutiebant  
caput eius, & dabant ei alapas.

402 M CONCORDIA AVT

o D T CAPVT. XLVI.

Xiuit ergo iterum Pi- Io.19  
latus foras, & dicit eis: Lu.23  
ecce adduco eū vobis fo Mar.  
ras, ut cognoscatis, quia 15.  
nullam inuenio in eo causam. Exi Mat.  
quit ergo I E S V S portās coronā 27.  
spineam, & purpureum vestimen  
tum, & dicit eis: ecce homo. Cū er  
go vidissent eum pontifices, & mi  
nistri, clamabant, dicentes: crucifi  
ge, crucifige eum. Dicit eis Pilatus  
accipite eū vos, & crucifigite. Ego  
enim non inuenio in eo causam.  
Responderunt ei Iudei: nos legem  
habemus, & secundum legem de  
bet mori, quia filiū dei se fecit. Cū  
ergo audisset Pilatus hunc sermo  
nem, magis timuit. Et ingressus est  
prætorium iterum, & dicit ad I E  
S V M: vnde es tu? I E S V S autem  
respon



## EVANGELISTARVM 204

responsum nō dedit ei. Dixit ergo  
ei Pilatus: mihi non loqueris? Nef-  
cis, quia potestatem habeo crucifi-  
gere te: & potestatē habeo dimitt-  
tere te? Respondit I E S V S: nō ha-  
beres potestatē aduersum me vllā  
nisi tibi datum esset desuper: prop-  
terea qui me tradidit tibi, mai⁹ pec-  
catum habet. Et exinde quærebat  
Pilatus dimittere eum. Iudæi autē  
clamabant, dicentes: si hunc dimit-  
tis, non es amicus Cæsaris. Omnis  
enim qui se regem facit, contradic-  
cit Cæsari. Pilatus autem cum au-  
disset hos sermones, adduxit foras  
I E S V M: et sedidit pro tribunali, in  
loco qui dicitur Lithostrotos: He-  
braice autem Gabbatha. Erat au-  
tem parasceue paschæ hora quasi  
sexta, & dicit Iudæis: ecce rex ves-  
ter. Illi autē clamabāt: tolle, tolle:  
CC iij crucifige

CONCORDIA NAVE  
erucifigecum. Dicit eis Pilatus: ne-  
gem velutum crucifigam? Respon-  
derunt pontifices: nō habemus re-  
gem nisi Cæsarem. Videns autem  
Pilatus, quia nihil proficeret, sed  
magis tumult<sup>2</sup> fieret, accepta aqua  
lavit manus coram populo, diecēt:  
innocens ego sum a sanguine iusti  
huius: vos videritis. Et respondens  
vniuersus populus, dixit: sanguis  
eius super nos: & super filios nros.  
Tunc Pilatus adiudicauit fieri pe-  
titionem eorum. Dimisit autē illis  
Barabbam cum qui propter sedi-  
tionem, & homicidium missus fue-  
rat in carcerem, quē petebant: I E  
S V M vero tradidit voluntati eo<sup>rum</sup>: ut crucifigeretur. Tunc autē  
suscepérunt I E S V M, & milites  
postquam illuserunt ei, exuerūt  
illū purpura, clamide: & induerūt  
cum

EVANGELISTARVM. 205

cum vestimentis suis: & educunt  
eum, ut crucifigerent. Et baiulans  
sibi crucem, exiuit, in eum qui dici-  
tur Caluariæ locum: hebraice au-  
tē Golgotha. Et cum duceret eū,  
inuenierunt quendam hominē Cy-  
reneum, venientē de villa, & præ-  
tereuntem: nomine Simonem, pa-  
trem Alexandri, & Rifi. Hunc er-  
go apprehenderunt, & angariaue-  
runt, ut tolleret crucem ei⁹. Et im-  
posuerūt illi crucem portare post  
I E S V M. Sequebatur autem illū,  
multa turba populi, & mulierum:  
quæ plangebant, et lamentabātur  
cūm. Conuersus autem ad illas IE  
S V S dixit: filia Ierusalem, nolite  
flere super me: sed super vos ipsas  
flete: & super filios vestros. Quo-  
niam ecce venient dies, in quibus  
dicent, beatę steriles: & vētres qui  
non ge-

**CONCORDIA**

non genuerunt; & vbera quæ non  
lactauerunt. Tūc incipient dicere  
montibus, cadite super nos: & col-  
libus, operite nos. Quia si in viridi  
ligno hęc faciūt, in arido quid fiet?  
Ducebantur autem & alijs duo ne-  
quam cum eo: ut interficerentur.  
Et postquam venerūt in locum,  
qui dicitur Caluariæ, ibi crucifixe  
rūt eum: & latrones, hinc, & hinc:  
vnum a dextris, et alterū a sinistris  
medium autem I E S V M. Et erat  
hora tercia. Et impleta est scriptu-  
ra, quæ dicit: et cum iniquis reputa-  
tus est. I E S V S autem dicebat: pa-  
ter, dimitte illis: nō enī sciūt, quid  
faciunt. Et dabāt ei bibere mirra-  
tum vinum cum felle mixtū: et nō  
accepit. Cū enī gultasset, noluit  
bibere. Scripsit autē & titulū Pila-  
tus, & posuit super crucem eius:  
& imposuerunt super caput eius.

Eterat inscriptio, & titulus cauſe  
rei: hic est I E S V S Nazaren⁹ rex  
Iudeorum. Hunc ergo titulū mul-  
ti iudeorum legerunt: quia prope  
civitatē erat locus, vbi crucifixus  
est I E S V S. Et erat scriptum he-  
braice, grēce, & latine. Dicebat er-  
go Pilato pontifices Iudeorum: no-  
nō scriberet rex iudeorum: sed quia  
ipse dixit, rex sum Iudeorum. Res-  
pōdit Pilatus: quod scripsi, scripsi.  
Milites ergo cum crucifixissent eū  
acceperunt vētimenta eius, & di-  
uidentes, fecerunt quatuor partes:  
vnicuiq; militi partē, & tunicam  
mittentes sortē super eis: quis quid  
tolleret. Erat enim tunica incon-  
sutilis, desuper contexta per totū.  
Dixerunt ergo adiuicē: non scin-  
damus eam: sed sortiamur de illa,  
cui⁹ sit. Ut impleretur, quod dictū  
est per

**CONCORDIA VAE**  
est per prophetam dicentem: par-  
titi sunt vestimenta mea sibi, & su-  
per uestem meam miserunt sorte.  
Et milites quidem haec fecerūt. Et  
stabat populus expectans: & præ-  
tereuntes blasphemabant eum,  
mouentes capita sua, & dicentes:  
vah, qui destruis templum dei, &  
in triduo illud reædificas. Saluum  
fac temetipsum:descédes d̄ cruce.  
Similiter & principes sacerdotum  
illudentes ad alterutrum cum scri-  
bis, et senioribus dicebāt: alios sal-  
uos fecit, seipsum non potest saluū  
facere. Si hic est Christus dei elec<sup>t</sup>  
saluū se faciat. Si rex israel est, des-  
cédat nunc de cruce: vt videamus  
& credamus ei. Confidit in deo, li-  
beret eum nūc: si vult. Dixit enim,  
quia filius dei sum. Illudebāt autē  
ei & milites, accedentes, & dicen-  
tes: si

EVANGELISTARVM 207

tes: si tu es rex iudeorum, saluum te fac. Id ipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, conuiciabantur, & improperabant ei. Vnus autem de his, qui pendebat latronib<sup>o</sup> blasphemabat eū, dicens: si tu es Christus, saluu fac te ipsum: & nos. Respondens autem alter, increpabat eum, dicens: neq<sup>ue</sup> tu times deum, qui in eadem damnatione es. Et nos quidem iuste, nam digna factis recipimus: hic vero nihil mali gesit. Et dicebat ad IESVM: domine, memento mei, cu<sup>m</sup> veneris in regnum tuum. Et dixit illi IESVS: amē dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo.

CAPVT. XLVII.

Tabant autem iuxta crucē IESVS, mater eius, & foror matris eius

201 CONCORDIA

et<sup>9</sup> Maria cleophae, & Maria mag-  
dalene. Cum vidisset ergo IESVS <sup>Io.19</sup>  
matrem, & discipulum stante, quem <sup>Lu.23</sup>  
diligebat, dicit matri suae: mulier, <sup>Mar.</sup>  
ecce filius tuus. Deinde dieit disci- <sup>15</sup>  
pulo: ecce mater tua. Et ex illa ho- <sup>Mat.</sup>  
ra accepit eam discipulus in suam. <sup>27</sup> A.  
Facta autem fere hora sexta, tene-  
bræ factæ sunt super vniuerlā ter-<sup>q</sup>  
ram usq; in horam nonam, & obs-  
curatus est sol: et circa horam nonam,  
exclamauit I E S V S voce magna:  
dicēs: Eloi, Eloi, lāma sabacthani.  
Hoc est, de<sup>9</sup> me<sup>9</sup>, de<sup>9</sup> meus, ut quid  
dereliquisti me? Postea Iceniens I E -  
S V S quia omnia cōsummata sūt,  
ut coniūmmaretur scriptura, dicit  
sitio. Quidam autem de circunstâ-  
tibus audientes dicebat: ecce Eliā  
vocat iste. Et cōtinuo currēns un<sup>9</sup>  
ex eis, acceptā spongiam impletū  
aceto,

EVANGELISTARVM 103

aceto, (erat enim vas positū aceto plenum) circumponēsq; calamo potum dabat ei, dicēs: finite, videamus, si veniat Elias ad deponendū eum. Cæteri vero hyssopo circumponentes obtulerunt ori eius, dicentes: sine, videamus, an veniat Elias liberās eum. Cum ergo accipisset I E S V S acetum, dixit: consummatum est. I E S V S autem iterum emissā voce magna clamans, ait: pater, in manus tuas cōmendo spiritū meū. Et hēc dicēs, inclinato capite expirauit, & trādidit spiritū. Et ecce velū tēpli scissū est mediū in duas partes a sūmo usq; deorsum: et terra mota est: & Petre scisse sūt: et monumēta aperta sūt: et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt: & exētes de monumentis post resurrectionem

Cet M CONCORDIA AVE

tionem eius, venerunt in sanctam  
ciuitatem, & apparuerunt multis.  
Videns autem centurio, qui ex ad-  
uerso stabat, & qui cum eo erant  
custodiætes I E S V M, quia sic cla-  
mans expirasset, & terremotum,  
& quæ siebant, timuerūt valde : et  
glorificauerunt deum, dicentes: ve-  
re hic homo Iustus, & filius dei erat  
Erant autem ibi mulieres multæ a  
longe aspicientes, quæ secutæ erât  
I E S V M a Galilæa, ministrantes  
ei: inter quas erat Maria magdale-  
ne, Maria Iacobi minoris, & Io-  
seph mater, & Salome mater filio-  
rum Zebedæi, & omnes noti eius.  
Et alię multę stabant a longe hæc  
videntes: quæ simul cum eo ascen-  
derât Hierosolymam. Et omnis  
turba eorum qui simul aderant ad  
spectaculum iustud, & videbât quæ  
siebant

## EVANGELISTARVM 109

rebant, percutientes pectora sua  
reuertebantur. Iudei ergo ( quo-  
diā parascēne erat) ut nō remane-  
ret i cruce corpora sabbato ( erat  
enim magn⁹ dies ille sabbati ) ro-  
gauerūt Pilatum, ut frangerentur  
corum crura, & tollerentur. Vene-  
runt ergo milites, et primi quidem  
fregerūt crura, & alterius qui cru-  
cifixus est cum eo, ad I E S V M au-  
tem cum venissent, ut viderunt eū  
iam mortuum, non fregerunt eius  
crura: sed unus militum lancea la-  
tus eius aperuit, & cōtinuo exiuit  
sanguis & aqua. Et qui vidit, testi-  
monium perhibuit: & verum est  
testimonium eius: & ille scit, quia  
vera dicit: vt et vos credatis. Facta  
sunt enim hæc, ut scripture imple-  
retur. Os non comminuetis ex eo:  
& iterum alia scripture dicit: vide

DD runt,

612 CONCORDIA V VI

sunt, in quem transfixerunt. Post  
hæc autem cum iam sero esset fac-  
tum (quia erat parvus, quod est  
ante sabbatum) ecce vir nominis  
Ioseph, ab Arimathæa ciuitate Iu-  
dex, qui erat Decurio, vir bonus  
& iustus: hic non consenserat con-  
filio, & actibus eorum, erat enim  
discipulus I E S V, occultus autem  
propter metum Iudeorum, qui ex-  
pectabat & ipse regnum dei: hic ac-  
cessit, & audacter introiit ad Pi-  
latum, & rogauit, ut tolleret cor-  
pus I E S V. Pilatus autem miraba-  
tur, si iam obiisset. Et accessito cér-  
turione, interrogauit eum, si iam  
mortuus esset. Et cum cognouisset  
a centurione: tūc iussit donari cor-  
pus Ioseph. Venit ergo, et tulit cor-  
pus I E S V. Venit autem et Nico-  
demus, qui venerat ad I E S V M-

nocte

nocte primum, ferens mixturam  
mirrhæ & aloes, quasi libras cœtū:  
& accepto corpore I E S V , liga-  
uerunt illud linteis cum aromati-  
bus : sicut mos est Iudeis sepelire.  
Et Ioseph inuoluit illud ī sindone  
munda, quam mercatus est: & po-  
suit illud in monumēto suo nouo,  
quod exciderat in petra : & aduol-  
uit saxum magnum ad ostiū mo-  
numenti, & abiit. Erat enim in lo-  
co, vbi crucifix⁹ est, hort⁹, et ī hor-  
to monumentū nouum, in quo nō  
dum quisquam positus fuerat : ibi  
ergo propter parasceuein Iudeos-  
rum, quia iuxta erat monumentū,  
poluerunt I E S V M . Et dies erat  
parasceues : & sabbatū illucesce-  
bat. Subsequuntæ autem mulieres,  
quæ cū eo venerāt de Galilæa, Ma-  
ria magdalene, & altera Maria  
*et Ioseph*

DD ij Ioseph

## CONCORDIA

Ioseph aspiciebat, ubi poneretur;  
& viderunt monumentum, et quæ  
admodum positū erat corpus eius  
et erāt sedentes contra sepulchrū.  
Et reuertentes parauerūt aroma-  
ta, & vnguenta: & sabbato quidē  
siluerunt secundum mandatum.  
Altera autem die, que est post pa-  
rasceuem, conuenerunt principes  
sacerdotum, et pharisei ad Pilatū,  
dicentes: domine, recordati sum⁹,  
quia seductor ille dixit adhuc vi-  
uens: post tres dies resurgam. Iube  
ergo custodiri sepulchrum usq; in  
diem tertium: ne forte veniant dis-  
cipuli eius, & furentur eum, & di-  
cant plebi: surrexit a mortuis. Et  
erit nouissim⁹ error peior priore.  
Ait illis Pilatus: habetis custodiā,  
ite, custodite sicut scitis. Illi autem  
abeuntes, munierunt sepulchrum  
signan-

Io.  
Lo.  
Mar  
15.  
Mat  
28.  
A

EVANGELISTARVM

212

signantes lapidem cum custodib<sup>z</sup>.

CAPVT. XLVIII.

Io. 20

Lo. 24

Mar,

15.

Mat.

28. dalene, & Maria Iaco

A bi, et Salome, valde di  
luculo, cum adhuc te  
nebræ essent, venerūt  
ad monumētum orto  
iā sole, portantes quæ  
emerāt, & parauerāt  
aromata: vt vngerent  
IE SVM. Et dicebant  
ad inuicē: quis reuol-  
uet nobis lapidein ab  
ottio monumenti? Et  
ecce terremotus fact<sup>z</sup>  
est magnus: angelus



Espere autem sabbati,  
quæ lucescit in prima  
sabbati, cū iam sabba-  
tū trāsifset: Maria mag-

Variant sen-  
tentię super  
domini ap-  
paritionibus  
post resurre-  
tionem. Hic  
ordo mihi  
magis proba-  
tur, aptiusq;  
meo iudicio  
cōciliat euā-  
gelistas: tuū  
esto iudiciū  
amicc lector

DD iij

enim

MUSICA AVI  
**CONCORDIA**  
enim domini descendit de cælo, et  
accedens reuolutus lapidem, & sede-  
bat super eum. Et respicientes vide-  
runt reuolutum lapide, erat quip-  
pe magnus valde: & introeūtes in  
monumentum, viderunt iuuensem  
sedētem in dextris, coopertum sto-  
la candida, & obſtupuerunt. Erat  
enim aspectus eius sicut fulgur: &  
vestimenta eius sicut nix. Pre timo-  
re autem eius exterriti sunt custo-  
des: & facti sunt velut mortui. Ref-  
pondens autem angelus dixit mu-  
hieribus: nolite timeret vos, nec ex-  
paueſcere. Scio enī, quod IESVM  
quæratis Nazarenum crucifixum:  
non est hic, surrexit, sicut dixit.  
Venite, & videte: ecce loc⁹ ubi po-  
ſitus erat dominus. Sed cito euntes  
dicite discipulis ei⁹, & Petro: quia  
surrexit, & preccedet vos in Gali-  
læam

## EVANGELISTARVM

212

Ixam sicut dixit vobis. Ibi cum vi-  
debitis: ecce prædixi vobis. At illæ  
exeuntes, fugerunt de monumen-  
to: & nemini quicquam dixerunt,  
inuaserat enim eas tremor, & pa-  
**B**uor. Cucurrit ergo Maria magda-  
lene, & venit ad Simonem Petru-  
& ad alium discipulum, quem a-  
mabat I E S V S, & dicit illis: tul-  
runt dominum de monumento, et  
nescimus ubi posuerunt eū. Exiit  
ergo Petrus, & ille alius discipul<sup>o</sup>,  
& venerunt ad monumētum. Cur-  
rebant autē duo simul, & ille alius  
discipul<sup>o</sup> præcucurrit citius Petro  
& venit primus ad monumētum.  
Et cum se inclinasset, vidi posita  
linteamina: non tamen introiuit.  
Venit ergo Simon Petrus sequens  
eum, & introiuit in monumentū:  
& procumbens, vidi linteamina.

manu

DD iiiij sola

**CONCORDIA** AVI  
sola posita, & sudarium, quod fue-  
rat super caput eius, non cum lin-  
teamibus positum, sed separatim  
inuolutum in unum locum. Tunc  
ergo introiit & ille discipulus, qui  
venerat primus ad monumentum  
& vidit: & credidit. Non dum enim  
tiebat scripturam: quia oportuit  
eum a mortuis resurgere. Abierunt  
ergo discipuli ad semetipsos: & Pe-  
trus abiit secum miras, quod factum  
fuerat. Mulieres autem ingressae no-  
inuenerunt corpus domini IESU.  
Et factum est, dum mente conser-  
narentur de isto, ecce duo viri ste-  
terunt secus illas in ueste fulgenti.  
Cum timerent autem, & declina-  
rent vultum in terram, dixerunt  
ad illas: quid queritis viuentem cu-  
mortuis? Non est hic: sed surrexit.  
Recordamini, qualiter locutus est  
vobis

Io. 20  
Lu. 24  
Marc.  
16.  
Matt.  
28.

EVANGELISTARVM 213

vobis, cum adhuc in Galilæa esset dicens: quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifixi: & die tertia resurgere. Et recordatae sunt verborum eius. Et regressæ a monumento nuntiauerunt hæc omnia illis undecim, & cæteris omnibus: Erat autem Maria magdalene, & Iohanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erât: quæ dicebât ad apostolos hæc, & visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista & non crediderunt illis.

CAPVT. XLIX.

Io. 20

Lu. 24

Marc.

16.

Matt.

28.



Aria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumētū: & vidit duos angelos in albis

**M CONCORDIA M AVI**

in albis sedentes: vnum ad caput,  
& vnum ad pedes, vbi positū erat **A.**  
corpus IESV. Dicūt ei illi: mulier  
quid ploras? Dicit eis: quia tulerūt  
dominum meum, & nescio, vbi po-  
suerunt eum. Hæc cum dixisset, cō-  
uersa est retrorsum: & vidit IES-  
V M stantem, & nō sciebat, quia  
IESV S est. Dicit ei IESV S: mu-  
lier quid ploras? Quem queris? Illa  
existimās quia hortulanus esset, di-  
cit ei: domine, si tu sustulisti eum,  
dicito mihi vbi posuisti eū: & ego  
eum tellam. Dicit ei IESV S: Ma-  
ria. Cōuersa illa dicit ei: rabboni,  
(quod dicitur magister) dicit ei IES-  
V S: noli me tangere: nondum  
enim ascēdi ad patrem meum. **V a**  
de autē ad fratres meos, & dic eis:  
ascēdo ad patrem meum, & patrē  
vestrum: deuin meū, & deū vestrū. **B.**

Mulier

EVANGELISTARVM 214

Mulieres autem exierunt cito de  
monumento, cum timore, & gau-  
dio magno: currentes nūtiare dis-  
cipulis eius. Et ecce IESVS occu-  
rrit illis, dicēs: aucte. Illæ autē ac-  
cesserunt, et tenuerunt pedes eius:  
et adorauerunt eum. Tunc ait illis  
I E S V S: nolite timere. Itē, nūtia  
te fratribus meis, vt eant in Ga-  
lilæam: ibi me videbunt. Venit er-  
go Maria magdalene, anūtians dis-  
cipulis, quia vidi dominum: & hæc  
dixit mihi. Quæ cū abiissent, ecce  
quidā de custodibus, venerunt in  
civitatem, & nuntiauerunt princi-  
pibus sacerdotū omnia, quæ facta  
fuerant. Et congregati cum senio-  
ribus, consilio accepto, pecuniam  
copiosam dederunt militibus, dicē-  
tes: dicite, quia discipuli eius nocte  
venerunt, et furati sunt eum nobis  
dormiē

## CONCORDIA

dormientibus. Et si hoc auditū fuerit, a p̄eside, nos persuadebim⁹ ei: & securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt: sicut erat edocti. Et diuulgatum est verbum istud apud Iudeos vñq; in hodieum diem. Et ecce duo ex discipulis ibant ipsa die ī castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta, ab Ierusalem, nomine Emma⁹: & ipsi loquebantur ad inuicē de omnibus, quæ acciderant. Et factū est, dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse I E S V S appropinquantib; ibat cum illis: oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnosceret. Et ait ad illos: qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicē in ambulantes: & estis tristes? Et respondens, vñus cui nomē Cleophas, dixit ei: tu solus peregrinus es in Ierusalem

## EVANGELISTARVM 215

Jerusalem, & non cognouisti, que  
facta sunt in illa his diebus? Quib⁹  
ille dixit: quæ? Et dixerunt: de I E-  
S V Nazareno, qui fuit vir prophe-  
ta potens in opere, & sermone co-  
ram deo, & omni populo. Et quo-  
modo cum tradiderunt sumini sa-  
cerdotes, & principes nostri in da-  
nationem mortis: et crucifixerunt  
eum. Nos autē sperabamus, quia  
ipse esset redēpturus Israel. Et nūc  
super hæc omnia, tertia dies est,  
quod hæc facta sunt. Sed & mulie-  
res quædam ex nostris terruerunt  
nos, quæ ante lucem fuerūt ad mo-  
numentum, & non inueniento corpo-  
re eius, venerunt dicentes: se etiā  
visionem angelorū vidisse: qui di-  
cunt eum viuere. Et abierunt qui-  
dam ex nostris ad monumentum,  
& ita inuenierunt, sicut mulieres  
dixerunt:

**CONCORDIA AVI**

dixerunt: ipsum vero non inuenierunt. Et ipse dixit ad eos: o stulti, et tardi corde ad credendum in omnibus, quae locuti sunt prophetæ: nonne haec oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incepit a Moysè, & omnibus prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis, quae de ipso erant. Et appropinquauerunt castello, quo ibant: & ipse finxit se logius ire. Et coegerunt illum, dicentes: mane nobiscum, quoniam aduerserascit, et inclinata est iam dies. Et intravit cum illis. Et factum est, dum recubaveret cum eis, accepit panem: et benedixit, ac fregit, et porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum: & cognoverunt eum. Et ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerant adiuui: nōne cor nostrum ardēs erat in nobis

## EVANGELISTARVM 216

in nobis, dum loqueretur ī via: &  
aperiret nobis scripturas? Et surgē  
tes eadē hora regressi sunt in Ierū  
salē: & iuenerūt cōgregatos vnde  
cim, & eos, qui cum illis erant, di-  
cētes: quod surrexit dominus vere  
& apparuit Simoni. Et ipsi narra-  
bānt, quę gesta erant in via: et quo  
